ADAMANNI SCOTOHIBERNI ... DE SITU TERRAE SANCTAE, ET QUORUNDAM ALIORUM LOCORUM, ...

Adamnan santo (santo), Jacob Gretser

Adamanni Scotohiberni
Abbatis celeberrimi,

De

SITV TERRÆ SANCTÆ,

Et

Quorundam aliorum locorum, ut Alexandriæ, & Constantinopoleos, Libri tres.

Ante annos nongentos, & amplius conscripti, Et nunc primum in lucem prolati,

Studio

IACOBI GRETSERI SOCIETATIS IESV THEOLOGI.

Accessit

Eorundem librorum Breuiarium, seu Compendium, Breuiatore venerabili Bedâ Presbytero, cum prolegomenis & notis.

INGOLSTADII
Apud Elisabetham Angermariam, vid.
Sumptibus IOANNIS HERTSROY Bibliopolæ Monacensis.
ANNO M. DC. XIX.

ADMODVM REVERENDO PATRI IN CHRISTO, ET AMPLISSIMO DOMINO PRÆLATO, Dñ. STEPHANO

celebris, Monasterij Schirensis Abbati dignissimo, Iacobus Gretserus Societatis IESV.

ILlustrissimū Ordinis D. Benedicti sidus fuit venerabilis Beda Presbyter, *Amplissime Domine Prælate*, qui quibus studijs à septimo ætatis suæ anno vsq; ad quinquagesimū nonum, vel, vt alijs placet, vsq; ad centesimum quintū vacauerit, ipsemet ad finem Historiæ Anglicanę his verbis planū facit: *Omnem meditandis scripturis operam dedi, atq; inter obseruantiam disciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Ecclesia curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habui.*

Verè hoc Bedam de se scripsisse, testantur tot eius in sacras literas explanationū volumina,

suis Tomis, & nuper quidam Iubilarius Becmannus in Orat. Iubilaria de superiorum temporũ Barbarie.

mera aliorum multitudine nominem. Multos ex sectariorum grege reperias, qui totius vitæ decursu tam multa non legerint, quàm multa Beda & Rhabanus scripserunt, & fecundo pectore pepererunt.

Secundò, eandem calumniam profligant florentissimæ Scholæ; à Monachis institutæ; Nil dicam de Schola Bedæ, nihil de alijs; toto Christiano orbe sparsis. Duo certè S. Galli in Heluetia, & S. Bonifacij Fuldæ in Buchonia Monasteria celeberrimis gymnasijs & doctoribus eminebant, doctissimisq; viris abundabant; ad quos vndiq; excolendi ingenij causa, fiebant magni concursus. Non mea hæc fictio est; sed priscorum Annalium testificatio. In vtroq; loco visebãtur vetustis codicibus instructissimæ Bibliothecæ, donec Hęresis vtriq; pestiferam manum iniecit, Fuldensi penitus propemodum dissipata, ita vt ex vastissimæ nauis reliquijs vix pauculas tabulas hodie superesse oculati testes affirmẽt. Ardebant enim prisci cœnobitæ incredibili cupiditate vel nouos libros condendi, vel iam conditos describendi & comparãdi: quod loco aliorum perspicu-

Vide Antiq. Fuld. Christ. Brouers, & Tom. Antiq. lect. Canisij.

ſpicuum reddit Lupus Abbas Ferrarienſis in Gallia ſub Carolo Caluo Imperatore; olim quoq; Fuldanæ Scholæ diſcipulus: qui in Epiſtolis, quæ exſtant, ferè ſemper libros poſcit ab illis, ad quos ſcribit. Epiſtola 1. Petit ab Einardo opera Rhetorica Ciceronis, Auli Gellij Noctes Atticas, & alios complures, quos in ſeparato indiculo notauerat. Epiſtola 5. eidem varias quæſtiones ex Arithmetica Boëthij & aliunde ponit. Idem incenſum librorum deſiderium apparet ex Epiſtola 6. ad Regimpertum, & ex Epiſtola 8. ad Adalgardum. Epiſtola 16. petit ab Orſmaro, Archiepiſcopo Turonenſi Boëthium in Topica Ciceronis; Epiſtola 37. mittit Heriboldo Antiſiodorenſi Epiſcopo Annotationes S. Hieronymi in Prophetas, ſimulque Cæſaris Commentarios promittit. Epiſtola 62. petit ab Altiſigo Abbate Quæſtiones S. Hieronymi, & Bedæ in vtrunq; Teſtamẽtum; eiuſdemq; Hieronymi vigilias in Hieremiæ vaticinia, & Inſtitutiones Quintiliani. Epiſtola 69. accepit ab Ausbaldo Tullianas Epiſtolas, quas cum ſuo exemplari contulit. Epiſtola 191. petit Suetonium, qui habebatur

Fuldæ. Epiſtola 112. petit Fauſtum Regieſem, ſeu Reienſem. Epiſtola 114. petit à Regimberto Bellum Iugurtinum & Catilinariũ Saluſtij, & libros Verrinarum. At vide, quod non tantum mireris, ſed & obſtupeſcas, Epiſtola 103. petit à Benedicto Pontifice M. Cõmentarios S. Hieronymi in Hieremiam, M. Tullium de Oratore, Inſtitutiones Quintiliani, & Donatum in Terentium. Ecce tanto librorum amore, generoſus iſte Abbas inflammatus erat, vt etiã ſedis Apoſtolicæ Præſulem de libris interpellare auſus fuerit, tanti faſtigij maieſtate nequaquam abſterritus, vt proinde ex vero de ſe Lupus illud ad Einardum ſcripſiſſe exiſtimari debeat: *Amor literarum ab ipſo ferè initio pueritiæ mihi eſt innatus.* Si poſtea alicubi ſtudiorum ardor intepuit, & Bibliothecæ interierũt; cogitetur longinqua æui vetuſtas, quiduis abſumere nata. Cogitentur incendia, bella, Barbarorum incurſiones, Hæreticorum inuaſiones & expilationes.

Epiſt. 1.

Illud palam aſſero, multis nos hodie tam ſacris, quàm profanis frui ingenti cum vtilitate libris, qui exitium non euaſiſſent, niſi cura

Mona-

Monachorum cœnobis conseruasset; nec critici huius ætatis, saltem pleriq;, inficiari possunt, se in illustrandis vel emendandis bonis Auctoribus, plurimum sæpè à libris Monasticarum Bibliothecarũ adiutos esse; Ex quibus hodieq; varij scriptores à viris doctis non rarò depromuntur; Et si quid bonæ frugis calamo exaratum reponitur in eorum Bibliothecis, qui ab Orthodoxa fide recesserũt; id fermè spoliũ est, ex Religiosorum Collegijs; quibus nunq̃ defuere, qui studia excitatũ irent. Quapropter præter Magistros Domesticos, quos erudiẽdis alijs constituebant, ad publicas etiam Academias, nominatim ad Parisiensem, suos ablegabant; vt Philosophiæ & Theologiæ scientia potissimum expoliti, fructus maiores Ecclesiæ Dei adferrẽt. Quorum vestigia iam à compluribus annis diligenter & laudabiliter imitantur Amplissimi Dñi Prælati Bauariæ, Sueuiæ, Heluetiæ; qui semper in Vniuersitatib⁹ Ingolstadiẽsi & Dilingana aliquos ex suorum cœtu, literarum causa, alunt. Quo id consecuti sunt vt passim iam cœnobitas omni disciplinarum genere accuratè instructos, inuenire liceat, in-

signi

ſigni Ordinum ornamento & incremento.

Sed nimium effundor, atq; exiguo libello longius quàm par ſit, procœmium præfigo. Itaq; ad Reuerend. P. V. redeo, *Religioſiſſime Domine Antiſtes*, cui, poſtquam Schirenſem Inſulam obtinuit, inter cæteras curas hoc potiſſimum curæ eſt, vt cum pietate & religioſa diſciplina literæ plantentur & colantur, & vt omnes, quos regit, ad exemplum venerabilis Bedæ, dulce habeant, ſaltem legere & diſcere; ſi occaſio negat docere & ſcribere. Quo fine inter varia ædificia haud leuibus impenſis cō-dita; vnum etiam Muſis & libris aſſeruandis deſtinauit; tam illis, inquam, libris, qui ex veteris Bibliothecæ olim perquam opulentæ & luculentæ naufragio ſuperāt; quàm illis, quos ære ſuo iam parauit, & indies adhuc parat, non ignorans librorum vſu & ſedula lectione pelli otium, ſaginari gratiſſimo pabulo mentem, & ſpiritum quoq; conſtanter & ardenter ſeruiendi Deo augeri, maximè ſi quis lectioni ſeſe tradat eo propoſito, quo id factum eſt à Beda, ab Alcuino, à Rhabano, ab Haimone, à Lupo Ferrarienſi, & à plurimis alijs Benedicti-

ni

ni Ordinis luminibus, quorum nomina & Encomia proprio volumine studiosissimus & omnium ingenuarum literarũ amantissimus Abbas Trithemius executus est.

Valeat & viuat diu & prosperè admodum Reuerenda P.V. Et huic quoq; Hodoeporico Hierosolymitano, omnium fermè, quotquot supersunt vetustissimo, locum aliquem in noua Bibliotheca concedat. Ingolstadij VIII. Ianuarij M.DC.XIX.

Facultas R.P. Prouincialis.

ADamannum Hibernum de Situ terræ ſanctæ, nunc primum ex vetuſto Codice à P. Iacobo Gretſero exſcriptũ additis prolegomenis & notis, Ego *Chriſtophorus Grenzing* Societatis Ieſu per ſuperiorem Germaniam Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta ab admodum R. P. *Mutio Vitelleſco* eiuſdem Societatis Præpoſito Generali, typis mandari permitto. Auguſtæ 20. Martij 1619.

PROLEGOMENA
ad Lectorem.

AMice Lector, Prius quàm Adamannum legis, hæc de ipso Adamanno lege. Et primum de nomine, quod nonnullis est *Adamannus*; alijs *Adamandus*, *Adamanus*, *Ademanus*. Beda lib. 5. Histor. Ecclesiast. cap. 16. & 22. Sexies *Adamnanum* appellat, vt quidem vulgatæ editiones nobis exhibent. In Epitome de locis Sanctis bis *Adomnanum* vocat; si nos non fallunt typographi, quâ nomenclatura ipsemet se crebrius designat in commentario de rebus gestis S. Columbæ, quem Tomo 5. Antiquæ Lectionis D. Canisij inuenies, nisi hic quoq; librarius manuscripti exemplaris scripturam fideliter non expresserit.

Varietas nominis.

Nobis Adamannus vel Adamnanus potissimum placet; qui fuit Presbyter & Abbas S. Columbæ Hiberni; qui in Insula Hu, seu Iona (malè Tom. 5. Antiq. lect. in Vita S. Columbæ, *Ioua*) celeberrimum & incolis frequentissimum Monasterium exstruxit, cui etiam titulo Abbatis præfuit; à quo Adamannus noster Ordine quintus fuit, vt colligere licet ex primo libro de Vita S. Columbæ. Ex hoc Monasterio, tanquam ex primario, iura dabantur plusquam 150. alijs domicilijs per Britanniam & insulas Britannicas variè dispersis, quorum indigenæ, superstite adhuc Adamanno, ad 4000. ascendebant. Distat hæc insula à Septentrionali litore Hiberniæ nauigatione duarum vel trium circiter horarum; vocaturque etiam Insula S. *Columbæ*, & *Colmkilli*. Malè confundunt nonnulli, & in his Balæus Nouator Cent. 14. cap. 15. Adamannum Abbatem, cum Adamanno Coludio, de cuius seuera pœnitentia Beda lib. 4. Hist. cap. 25. nam penitus diuersi fuere, vt intelliget, quisquis vel obiter Bedam inspexerit. Viuebat Adamannus noster circa annum Redemptoris DCXC. Cæterum, quis, quantusq; vir Adamannus iste fuerit docebit te Beda lib. 5. Hist. Angl. cap. 16. quem audi.

CAPVT I.

Encomium Adamanni ex Venerabili Beda.

Vide Bedam lib.3. Histor. Angl. cap.4. 25. & 26. Bar Tom. 8. Anno 664.

QVo tempore plurima pars Scotorum in Hibernia, & nonnulla etiam de Britonibus in Britannia, rationabile & Ecclesiasticum Paschalis obseruantiæ tempus, Domino donante, suscepit. Siquidem Adamnanus, Presbyter & Abbas Monachorum, qui erant in insula Hu, cum legationis gratiâ missus à suâ gente venisset ad Alfridum regem Anglorum, & aliquandiu in eâ Prouinciâ moratus, videret ritus Ecclesiæ Canonicos; & à pluribus, qui erant eruditiores, esset solerter admonitus, ne contra vniuersalem Ecclesiæ morem, vel in obseruantiâ Paschali, vel in alijs quibusq; decretis, cum suis paucissimis, & in extremo mundi angulo positis, viuere præsumeret, mutatus mente est: ita vt ea, quæ viderat & audierat in Ecclesijs Anglorum, suæ suorumq; consuetudini libentissimè præferret. Erat enim vir bonus & sapiens, & scientiâ scripturarum nobilissimè instructus.

Qui cum domum redijsset, curauit suos, qui erant in Hu, quiue eidem erant subditi monasterio ad eum, quem cognouerat, quemq; ipse ex toto corde susceperat, veritatis callem perducere, nec valuit. Nauigauit itaq; in Hiberniam, & prædicans eis, ac modesta exhortatione declarans legitimum Paschæ tempus, plurimos eorum, & penè omnes, qui ab Hyensium erant dominio liberi, ab errore correctos, ad vnitatem reduxit Catholicam, ac legitimum Paschæ tempus obseruare perdocuit. Qui cum celebrato in Hiberniâ Canonico Paschâ, ad suam insulam reuertisset, suisq; in monasterio Catholicam temporis Paschalis obseruantiam constantissimè prædicaret, nec tamen perficere, quod conabatur, posset, contigit eum ante expletum anni circulum migrasse de seculo, diuinâ vtiq; gratiâ disponente, vt vir vnitatis & pacis studiosissimus, antè ad vitam raperetur æternam, quàm redeunte tempore Paschali grauiorem cum eis, qui eum ad veritatem sequi nolebant, cogeretur habere discordiam.

Scripsit idem vir de locis Sanctis librum legentibus multum vtilissimũ, cuius auctor erat docendo ac dictando Galliarum Episcopus Arculfus, qui locorum gratia sanctorum venerat Hierosolymam: & lustrata omni terra repromissionis, Damascum quoq;, Constantinopolim, Alexandriam, multasq; maris insulas adierat, patriamq; nauigio reuertens, vi tempe-

statis

statis in Occidentalia Britanniæ littora delatus est: ac post multa ad memoratum Christi famulum Adamannum perueniens, vbi doctus in scripturis sanctorumq; locorum gnarus esse compertus est, libentissimè est ab illo susceptus, libentius auditus: adeò, vt quæq; ille se in locis sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox ille litteris mandare curauerit; Fecitq; opus, vt dixi, multis vtile & maximè illis, qui longius ab eis locis, in quibus Patriarchæ & Apostoli erant, secreti, ea tantum de his, quæ lectione didicerint, norunt. Porrexit autem librum hunc Adamnanus Alfrido Regi, ac per eius est largitionem etiam minoribus ad legendum contraditus. Scriptor quoq; ipse multis ab eo muneribus donatus, in patriam remissus est. De cuius scriptis aliqua decerpere, ac nostræ huic historiæ inserere, commodum fore legentibus reor.

CAPVT II.

Aliud Encomium Adamanni ex Ceolfrido Abbate.

De eodem Adamnano seu Adamanno Ceolfridus Abbas in Epist. ad Naitanum Regem Pictorum apud Bedam lib. 5 Histor. Eccles. cap. 22. *Neq; verò me hæc ita prosecutum æstimes, quasi eos, qui hanc tonsuram habent, condemnandos iudicem, si fide & operibus vnitati Catholicæ fauerint: imò confidenter profiteor, plurimos ex eis Sanctos ac Deo dignos extitisse: ex quibus est Adamnanus Abbas, & Sacerdos Columbiensium egregius; qui cum legatus suæ gentis ad Aldfridum Regem missus, nostrum quoq; monasterium videre voluisset, miramq; in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obsecro, sancte frater, qui ad coronam te vitæ, quæ terminum nesciat, tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Et si consortium beati Petri quæris, cur eius, quem ille anathematizauit, tonsuræ imaginem imitaris: & non potius eius, cum quo, in æternum beatus viuere cupis, etiam nunc habitum te, quantum potes, diligere monstras? Respondit ille, scias pro certo, frater mi dilecte, quia etsi Simonis tonsuram ex consuetudine Patriæ habeam, Simoniacam tamen perfidiam totâ mente detestor ac respuo: beatissimi autem Apostolorum Principis, quantum mea paruitas sufficit, vestigia sequi desidero.*

De eodem

De eodem Adamanno Matthæus Westmonasteriensis In Floribus. *Anno gratiæ DCCI. floruit vir bonus & literatus Adamannus Presbyter, & Abbas Monachorum, qui erant in Insula Hii. Hic missus ad Alfridum Regem gratia legationis, cum videret ritus Ecclesiasticæ institutionis, & obseruantiæ Festi Paschalis, continuò trahitur ad consensum. Qui cum domum rediisset, curauit suos, qui erant in Insula Hii, ad callem perducere veritatis; nec valuit: nauigansq; in Hiberniam penè omnes ad legitimum paschæ tempus obseruandum induxit. Scripsit idem vir Domini librum de loco Dominicæ Natiuitatis, passionis & Ascensionis, situmq; terræ Sanctæ mirabiliter descripsit.* Hæc ille. Videtur autem Adamannus vita functus esse ante annum Domini DCCV. nam Beda cap. 16. lib. 5. commemorat mortem eius: Et postea demum cap. 19. ad Annum DCCV. transit.

CAPVT III.

De Editione Adamanni.

HÆc sunt Bedæ, Ceolfridi, & Westmonasteriensis de Adamanno iudicia. Et certè Adamannum à Bedâ magni æstimatum fuisse oportet, cũ ex tribus eius de locis sanctis libris Epitomẽ confecit; Eosdemq; libros *opus vtilissimum & historiam egregiam*, palam nominauit; nec tamẽ Epitomator ad verba Adamanni anxiè se adstrinxit, vt ipsemet profitetur, & si taceret, res ipsa id proderet; lector que ex collatione Bedæ cum Adamanno idem facilè deprehendet; Et vt deprehendat, Bedæ verba Adamannicis apposuimus & opposuimus: vbi etiam videbis, Bedam nonnulla, quamuis paucula, Adamanno aliunde adiecisse. Dolendum, tam præclaram Adamanni lucubrationem tam serò in lucem exire; sed gratulandum; quòd vel nunc post tot secula à tenebris vindicetur, & in manus hominum eruditorum veniat; cum cuius lectione proderit componere aliqua eiusdem generis *Hodoeporica* seu *Itineraria*, quorum complura exstant, inter quæ Brocardi Monachi de terra sancta commentarius viris doctis iam olim valde sese probauit.

Mihi etiam admodum piè, prudenter & erudite suam Peregrinationem, in Syriam, Palæstinam, & Ægyptum literis consignasse videtur Illustrissimus Princeps, Dñs *Nicolaus Radziuilus*, Dux Olicæ & Niesuisij, Palatinus Vilnensis; Opus Polonicè, Latinè & Germanicè in

in publicum venit, & à multis auidè legitur, idq; optimo suo merito, quod aliquoties obscurioribus locis Adamanni lucem accendet, vt & Theatrum Adrichomij. Codex ex quo Adamannus euulgatur, ex intima Holandia in Bauariam nostram perlatus est, beneficio **R. P.** *Herberti Rosvveidi*, Societatis nostræ, qui vt est antiquorum monumentorum perquam studiosus, sedulam operam dedit, vt Adamannus carcere tandem & vinculis, quibus attinebatur, solutus exiret.

CAPVT IV.

Depulsio quarundam calumniarum Casauboni Caluinistæ in venerabilis Bedæ compendium de situ locorum sanctorum, & primum de columna in medio vrbis Hierosolymitanæ vmbram non faciente in æstiuo solstitio, & de fonte ad locum Natiuitatis Dñi exorto.

CAsauboni liber Exercitationum aduersus Illustrissimum & celebratissimum Cardinalem Baronium nihil aliud est, nisi communis quidam *Diabolus*, hoc est, calumniator omnium eorum, qui aliquid dixerunt, vel scripserunt, quod grammatistæ huius palato non sapiat: tametsi enim solius Baronij insectationem profitetur & pollicetur, virulentissimos tamen dentes suos in quoslibet alios passim stringit, etiam in sanctos Patres, & priscos scriptores. Exempla singulæ paginæ suppeditant.

Nobis de solo Beda in præsenti sermo erit; quem Exerc. 2. Anni I. N. 4. nominat *virum optimum & sanctissimum, & merito suo, vti vocatur, venerabilem.* Quis has tam profusas in *Bedam*, qui Monach[9] fuit, laudes à Caluinicola profectas non admiretur & suspiciat! Sed vide quid sub his laudibus lateat. Laudat, vt acrius mordeat, laudat, vt pestilentem suum dentem profundius infigat. *Beda simplex fuit, Baronius Bedæ simplicitate abusus est. Bedæ liber de locis sacris est plenus fabularum: in eo multa futilia & palam falsa continentur.* Ecce optimus, *sanctissimus, & merito suo Venerabilis* Beda *simplicianus quidam est, fabularum venditor, futilium & palam falsorum traditor.* Quis hoc affirmat? Casaubonus. Quis iste? Homuncio, qui nudius tertius à Dipnosophistis Athenæi, à Suetonio, à Persio, à Lampridio,

Vulcatio, & id genus alijs profanis scriptoribus redux, de repente in Theologum transformatus est; sumptum sibi fastuosissimo supercilio in vniuersos censura, ita vt quidquid ipse pro vero habet, verum fiat; quidquid pro fabuloso, fabulosum. En talis ac tantus est, qui Bedam simplicitatis & fabulositatis postulat: Bedam, quem omnes ante Caluinum ætates pro doctissimo & sapientissimo diuinarum & humanarum literarum interprete habuerunt.

Nec soli Bedæ, sed & duobus alijs in Beda, Arculpho nimirum Gallicano Episcopo, & Adamanno Abbati venenatum aculeum impressit; Nam Arculphus librum de situ terræ sanctæ dictauit: Adamannus dictata excepit, & in chartas retulit; Beda in compendium redegit. Quidquid ergo calumniarum Bedæ adspergitur, id ad primos libri auctores redundat. At Caluinista nil pensi habet, licet vno ictu tres vel plures feriat, cuius criminationi opponimus de libro Arculphi & Adamanni iudicium Bedæ, *qui opus vtilissimum, & egregiam historiam* appellat. Stent simul Caluinista & Beda. Ille suam, hic suam sententiam proferat. Insanus fuerit, qui potius ad Caluinistam tantulum ac tantillum, quàm ad Bedam, tantum, tam veterem, tanquam probatum & spectatum accedere velit, præsertim cum Caluinianus calumniã suam luculento mendacio vestiuerit.

Baron. Anno 34.

Ne Baronium quidem dubitare, multa futilia & palam falsa in libro Bedæ contineri, eumq; id alibi ingenuè agnoscere & fateri, profertq; exemplum de columna in monte Caluariæ, æstiuo solstitio vmbram non faciente; quod Baronius reijcit; nam si id ita esset, necesse esset, Hierosolymam ponere intra zonam torridam, & Tropico saltem Cancri subijcere: at ab illo longius abesse, omnes qui terras describunt, apertissimè tradũt, & certissimis experimentis etiam nunc cognosci potest. Hæc Baronius, ex quibus apparet, quanta vanitate Casaubonus affirmet, testimonio & confessione Baronij *multa futilia & palam falsa in libro Bedæ contineri.* An quia vnam ex vulgo natam persuasionem refellit, ideo librum *multa futilia & apertè falsa* continere agnoscit & asserit, nec de hoc vllam dubitationem admittit.

Sed de Columna hac iterum suo loco, quam Caluinista vocat *fictitiam?* Quæso, cur *fictitiam?* Etiamsi, quod de vmbra traditur, fictitium esset, an ideo fictitia ipsa columna. At Arculphus vidit, coluit, veneratus est; & quam vidit, Adamanno vt in commentarium referret, fideliter tradidit. Quibus igitur fides habẽda de hac columna? An illis, quorum vnus vidit; alter, tanquam oculato testi credidit?

didit? An Caluinistæ, qui post nongentos, & quod excurrit, annos, non erubescit calamo impudente scribere, columnam istam fuisse *fictitiam?*

Cæterum hic non propriè columna ista, sed aliud quiddam Caluiniano bilem in nares conciuit: nempe miraculum de fonte, qui ex primo lauacro puerili Christi exortus est. Miratur Baronium hoc ex Beda in suos Annales *veritatem professos* transtulisse. Non est, quod miretur, veritatem Annalium non lædit hæc historia, vtpote ex veracissimis Arculpho, Adamanno, & Beda petita. *At nihil de hoc scriptum.* Mirum, si in tuis Exercitationibus nihil scripsisti, nisi à scriptura proditum. Millies iam irrisa est hæc consecutio; *Non est scriptum, ergo non factum.*

Addis: *Nec veteres, qui ea loca incoluerunt, aut de locis sacris ex professo scripserunt, quidquam de hoc fonte scriptum reliquerunt.* Atsatis veteres sunt, vt æxistimo, Arculphus, & Adamanus, vtpote qui ante nongentos annos vixerint & floruerint. S. Hieronymum in Epitaphio seu Hodoeporico. S. Paulæ huius fontis mentionem nullam fecisse, quid mirum? quippe qui & alia multa prætererit, siue ex festinatione, siue ex obliuione, siue dedita opera, siue quia ætate illa nondum cognita erant; quod speciatim de sepulchro sanctissimæ Deiparæ Mariæ traditur. Arculphus certè qui fontem istum vidit, & quæ communis de illo opinio hominum, à maioribus accepta & quasi per manus transmissa, esset, probè perspectum habuit, bona mente excipienti Adamanno etiam hoc miraculum dictauit, nec ipse falsus est, nec lectores fefellit, nam traditionem, cuius ab hominum memoria, nulla extaret origo, ducem habuit.

Innuit Caluinista, ipsum etiam Baronium de huius Fontis miraculo dubitasse; eamq; ob causam hac locutione vsum. *Accidisse fertur: qua sibi, quod fabulæ non assentiatur, cauere voluerit.* Sed nimis est hæc maligna alienæ mentis interpretatio seu deprauatio. An ideo dubitat vel pro fabula reputat, qui dicit; hoc *accidisse ferunt*, communi nimirum hominum fama, & veterum Auctorum Arculphi, Adamanni, & Bedæ testificatione? An idcirco de opere tuo dubito, si dicam: Fertur Casaubonus aduersus Baronium, hoc est, sus aduersus Mineruam, *Exercitationes* euulgasse?

Verum vt ad columnam, de qua iam supra, reuertar, mihi omnibus consideratis, persuasio illa de vmbra in æstiuo solstitio non proiecta, haud ex nihilo nata videtur: quid enim, si ope Dei id olim accidit:

 cui

Iosue 10.

Is. 38.

Cui in manu est naturæ cursum immutare; vt factum, quando temporibus Iosue Sol immobilis stetit, donec plena & perfecta victoria obtineretur. Et Ezechiæ Regis, quando *vmbra linearum, per quas descenderat in Horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis reuertit. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.* En mirum opus, cuius causam frustra in naturæ Schola quæras. Ascende ad Deum, & iam Auctorem inuenisti. an non idem omnipotens efficere potuit, vt æstiuo solstitio columna illa nullam vmbram pareret, idq; ab Hierosolymæ incolis obseruaretur, & tanquam mirabile quid diuulgaretur, vnde postea communis orta sit opinio, Columnam illã æstiuo solstitio nullam abs se vmbram mittere; quodq; forsan semel atq; iterum contigit, in perpetuum miraculũ nimia credulitate transierit? Vtcunq; sit, hoc alio fine non disputo, quàm vt monstrem, veterum sensa & scripta non esse temerè repudianda, sed potius, quacunq; probabili ratione fieri potest, defendenda & à Criticorum nasutis virgulis vindicanda.

CAPVT V.

De Calice Domini, & Spongia.

Casaub. Exerc. 16. Ad annum Christi 34. N. 63.

QVæ Beda cap. 2. ex Adamanno scribit de Calice vltimæ Cœnæ & Eucharistico, ijs etiam vngues criticos Caluinista inijcit. *Si vera sunt*, inquit, *quæ Beda tradit de poculo Domini, fuit illud poculum ἀμφωτὸν* siue *ἀμφῶες, binis ansis præditum.* Vbi primum Caluiniano ritu calicem in *poculum* vertit. Nil Beda de *poculo*, sed de calice Domini. Deinde non est, quod veritatem rei in dubium renoces, tres suppetunt testes iiq; grauissimi, antiquissimi & sanctissimi, Arculphus, qui vidit & tetigit; Adamannus & Beda. Si in ore duorum vel trium testium stat omne verbum; cur non & hoc de calice? *At liber Bedæ non meretur fidem.* Tu hoc dicis, quia Caluinicola es, cui profectò, quæ liber ille tradit, grata & accepta esse nequeunt; cum nihil minus, quàm Caluini spiritum respiant.

Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 96.

Spongiam *Dominici potus ministram*, sic Beda nominat, obiter tantum arrodit & admordet dens Caluinisticus. *Baronius Spongiam non Hierosolymis, sed Romæ iam asseruari ostendit: sed quo fidem faciat huic historiæ, nihil adfert*, inquit Casaubonus. Ante nongentos, & amplius annos spongia Hierosolymis erat; teste Arculpho; quod necesse non est, vt de tota Spongia intelligatur, diuidebantur enim hæc sacrosancta

lipsana,

lipſana, & ad multorum conſolationem & munimen varias in terras mittebantur: nunc Romæ eſt in Eccleſia Lateranenſi, ſi non tota at pars eius: nec oportet, vt Baronius hoc aliter confirmet, quàm vnanimi totius Vrbis conſenſu. Num vis, vt ex Euclide aut Archimede demonſtrationem geometricam adhibeat?

CAPVT VI.

De arbore ex qua ſe ſuſpendit Iudas.

PRÆ furore mentis propemodum ſe ſuſpendit Caluiniſequa. Quamobrem? Quia Beda cum Iuuenco ſcribit Iudam Iſcariotem penſilem factum ex ficu. Intonat; *Nihil huius Matthæus;* tãtum: *Suſpendit ſe, verum in vrbe an extra vrbem; domi è lacunari, aut è paxillo, an in horto vel agro ex arbore, id verò non dicit.* Iterum adeſt iſte cum bella ſua conſequentia: *Scriptura hoc non tradit, ergo non eſt verum.* An nihil factum, niſi quod in ſcriptura comprehenſum eſt? Deinde Iuuencus Scriptor eſt antiquiſſimus, ſub Conſtantino Magno verſibus condendis clarus, quem S. Hieronymus laudat in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, & in Epiſtola ad Magnum, & in cap. 2. Matthæi. At Iuuencus diſertè ait, Crucem in qua ſe Iudas ſtrangulauit, fuiſſe ficum.

Exercit. 16. ad Annum 34. N. 74.
Beda cap. 4.

Oggannit Caluiniſta: *Potuit Iuuencus licentia poëtica ficum pro qualibet arbore ponere, vt pinus & piceæ, pro quauis arbore, ex qua fiunt naues.* Scilicet, *potuit?* An ideo fecit & ſpeciale nomen pro generali vſurpauit? Nos, vt alibi ſcapham, ſcapham: & ligonem, ligonem; ita & hic ficum, ficum nominamus non nucem, non quercum, non abietem, non pomum, non pirum. Iuuenci veſtigia ingreſſi ſunt Arculphus, Adamannus, Beda, Triumuiri, quorum iſte vix ſatis dignus miniſter à matula eſſe poſſet. Arculphus ficum iſtam vidit: quam vidit, Iuuenci auctoritate munitam, Adamanno tradidit; hic Bedæ. Videtur Caluiniſta ægrè ferre, Iudam ex arbore, tam dulcis fructus genitrice, pependiſſe. Mallet ex alia; ne ficus tali peſte inficiantur. Videtur etiam metuere, ne ficum hanc Lutherani & Caluiniani Verbicines & Capribarbæ, quando Hieroſolymam veniunt, adorent, ob fratrem ſuum, qui in ea exſpirauit: ideo eam exſtare, aut Bedæ temporibus exſtitiſſe abnuit. Sed contra iſtam negationem ſtat oculatus teſtis Arculphus, qui ficum iſtam vidit. Cui credamus? Stat traditio,

 cuius

cuius incunabula si quæras, nimirum ad ipsos primos Christianos Hierosolymitanæ ciuitatis indigenas, quibus ea opinio insedit deuehêris.

Obijcit Caluinista: *Ficum esse breuis vitæ, probat ob Polycarpiam, seu fertilitatem*: idq; probat ex Plinio & Theophrasto. At Baronius Anno Christi 34. N. 75. adducit *ficum Ruminalem*, quæ per octingentos & quadraginta annos durauerit, & tunc, cum iam penitus exaruisse putaretur, reuiruit; & veteribus quasi exuuijs positis, in nouam iuuentam refloruit. Respondet Caluinista: *Vnam hirundinem non facere ver*. Ita est, vnum exemplum longæuitatis, huius arboris non ostendit omnes huius speciei arbores esse macrobias: ad hoc ostendit; vt ficus Ruminalis contra naturam suam tot annis stetit; sic aliam alibi occultis ex causis stare potuisse.

Obstrepit Caluinista: *Ficum Ruminalem ope dæmonum tot seculis perennasse*. Non disquiram, quàm verè hoc affirmetur; illud tantum dico: Si Dæmon potuit ad idololatriam conseruandam ficum illam superstitem præstare, cur id non posset Deus in illa ficu, ex qua sceleratus proditor pependit, cæteris ad exemplum, & ad salutarem timorem incutiendum, ne Philargyria capti, Deum ipsum, hoc est, omnia sacra vendant, vt fecit Iudas. Quid Caluinista dicet de ficu Pharaonis iuxta Memphim vel Cairum; quæ sponte sua vel potius cœlesti nutu in duas partes fissa, Christo puerulo in Ægyptum profugo hospitium præbuit, quæ hodieque peregrinis monstratur, eamque non sine admiratione vidit & descripsit Illustrissimus Princeps *Razinilus* in suo Hodoeporico. Diuina monumenta haud sunt humanis momentis ponderanda. Altius mentem erigere decet, si hallucinari, & à veritatis tramite abripi nolimus. Neque hunc in modum Baronius argumentum instituit. *Ficus Romulea, seu Ruminalis fuit diuturnæ vitæ; ergo omnes huius speciei arbores sunt diuturnæ vitæ*. Calumniantem Caluinistam audio, non argumentantem Baronium: neque enim tam imperitus fuit, vt quod vni vel alteri competebat, ad omnes transferret. Vnicum exemplum ei satis erat, ad id, quod propositum habebat, demonstrandum, vt iam antea monuimus.

CA-

CAPVT VII.

De Signis genuum Christi orantis saxo impressis.

CApite sexto scribit Beda ex Arculpho, in petra & saxo, cui Dominus in Monte Oliuarum orans genua imposuerat, apparere genuum Saluatoris vestigia seu simulacra, idque ex Beda Caluinista: *Venio in suscipionem Bedæ narrationem neque falsam, neque penitus veram esse.* Qua de causa? *Quia Petra illa ex affluxu inibi orantiũ & genua flectentium, cauata fuit, prout fieri assolet in locis, quæ assiduo concursu precantium teruntur, quod vidisse se in Ecclesia Cantuariensi illo loco, vbi olim figura Thomæ Baceti erat, testatur, ibi enim lapides ex continuo precantium & genua flectentium accursu, cauatos fuisse.* Exercit. 16.

Quid non molitur improbitas, vt veritatem declinet? Quis nescit, tritu & attritu ambulantium & in genua procumbentium lapides, præsertim lateres, tandem atteri & cauari solere? An ideo exprimunt genua eorum hominum, qui ibi preces fuderunt? At Petra, de qua Beda, genua Domini orantis exprimebat, non aliter, quàm si molli ceræ impressa fuissent. Num hoc fit in omni lapide, qui assidua precantium genuflexione cauatur? Certè Prisci illi, qui in Ecclesia Deiparæ hanc Petram ad æternam miraculi memoriam de pariete suspenderunt, tam stulti non erant, vt quemlibet excauatum lapidem ad parietem suspenderent; sed huic hunc honorem habuerunt, quod vestigia genuum Domini repræsentaret. Scilicet grandis & memoranda res est, lapides orantium attritu excauatos muris ad spectaculum affigere. Et qui tandem muri huiusmodi lapidibus sufficerent?

Obserua autem, egregiè hallucinari Casaubonum, cum quæ Beda, de Ecclesia sanctissimæ Deiparæ memorat, ipse ad Ecclesiam in Getsemani villa ædificatam transfert, quasi vna eademq; fuerit; quæ in hoc Critico insignis oscitantia est. Non inficiamur, Getsemani esse *locum, vbi Saluator ante passionem orauit*, vt loquitur S. Hieronymus, lib. de locis Hebraicis, *Ecclesia desuper ædificata*; sed in ista Ecclesia non ostendebantur vestigia genuum Christi; sed in Ecclesia Beatissimæ Virginis in valle Iosaphat petra horum genuum repræsentatur in muro templi suspensa erat, vt expressè Beda scribit, quem iste non intellexit;

tellexit; sed in cauandis lapidibus totus erat, idq; ex Eusebio inedito qui ait, *in loco, vbi Christus ante passionem orauit Christianos frequentes precari consueuisse.* Vnde necessarium erat, vt lapides excauarent, qui postea ad miraculi memoriam in muro Ecclesiæ Deiparæ in Valle Iosaphat suspenderentur. O affanias Caluinisticas, ô gerras Lemannicas.

Quàm autem honorificè de præclarissimo Martyre S. Thoma Cantuariensi loquitur: *Vbi olim erat figura Thomæ Baceti.* Deliquisset in leges Copronymi, si *Sancti* nomen adiunxisset. Et mox Anglos Caluinianos, inter quos hæc commentabatur, lepido aliquo commẽto oblectare volens; dixit: *Thomam plus fuisse cultum, quàm aut Deiparam Virginem, aut Christum ipsum.* Scilicet, ei qui nullum penitus *Sanctum* colit, sed totus copronymianus est; curæ cordiq; erit, vt quilibet cœlitũ debito honore afficiatur, nec vlli plus, quam par sit, tribuatur. Nemo superioribus sæculis ignorabat, Deiparam virginem esse Sanctorum omnium Reginam, ac proindè super omnes honorãdam: Et Christum esse Deum ac hominem, vnicum Redemptorem ac Saluatorem nostrum, ac proindè vt Deum & hominem, ab omnibus adorari debere; quam adorationem pleriq; ex Caluinistis Christo homini Sacrilegè eripere tentant, inter quos haud postremum locum tenet Lambertus Danæus, editis aliquot de hoc argumento opusculis.

Quia verò video Casaubonum valde magnam voluptatem ex vestigijs genuum Christi de geniculis orantis cepisse, non inuidebo illi similem voluptatem ex similibus Christi Domini nostri impressis vestigijs, de quibus in suo Itinerario Illustrissimus Princeps Radziuilus; quem audi; sed quia iam in eum locum abiisti, vbi nihil auditur, nisi gemitus & dolor, audiant tuo loco superstites tui in Caluini castris cõmilites præsertim Capellus ille, qui nunc tuo loco μυκᾶσθαι incipit.

Per vallem Iosaphat, quæ inchoatur à monumento beatissimæ Virginis, labitur torrens Cedron: qui à prædicto sepulchro itidem originem sumit: Crescit autem ex aquis pluuiarum, quæ primo vere proueniunt; aut è ciuitate ipsa (quæ in monte sita est, & montem Oliuarum oppositum habet) concepto meatu defluunt. Æstate planè desiccatur: propter aquas tamen ingruentes, non procul ab antris prædictis, pontem paruum ex latere cocto impositum habet; ad cuius dextram locus est, in petra superficie plana, satis latus; in quo vestigia manuum, vtriusq; genu, & extremitates digitorum pedum Saluatoris nostri, sunt expressa, cùm à Iudæis ponticulo deiectus, ibidem concidisset. Locum hunc peregrini deosculantur; &

habet

Petra eius vestigia Christi nostra.

habet septem annos, & totidem quadragenas de indulgentijs. Vestigia hæc, cum in aperto sint aëre, pluuias & tempestates excipiant, & quotidiano vsu, & deosculatione attrectentur; tamen integra semper permanent: quod procul dubio non fieret, si, prout hæretici volunt, arte facta & incisa lapidi essent: quod vel ex Mediolanensi petrâ; quæ retro maius altare in Ecclesia Cathedrali, murò est inserta, facilè comprobatur. In quâ cum vestigij pedis Christi mensura, sit humana arte insculpta, nec pluuio cœlo, aut aëris iniurijs exposita, attrectatione tamen; & osculationibus ita consumitur, vt vix iam, quidnam sit, appareat, licet non adeò sit à multo tempore ibidē posita. In Ierosolymitana autem hac rupe, sacra hæc vestigia, à mille quingentis & amplius annis, planè integra, & recenter expressa apparent. Si quis ea Scalpello renouari dicat, id fieri nulla ratione potest. Nam cùm petra hæc in via publica sit, si quis Christianorum id attentaret, prohiberetur illicò, quandoquidem ne minimum quid Christianis restaurare isthic licet, nisi Sangiacus expressum ea de re Cæsaris sui mandatū acceperit. Præterea cū Turcæ Ierusalem, ciuitatem Sanctam appellare consueuerint, diligentißimè cauent, vt ne quid antiquitatum depereat. Adhæc scriptura renouata, vel ex ipsa petræ profunditate & concauitate facilè innotesceret: Et cùm signa hæc, in rupe latâ & planâ sint impreßa, vt aptè renouata vestigia apparerent, deberet & ipsa dedolari: Vnde superficiei planities frequentiori renouatione, tantò temporum interuallo ad notabilem profunditatem deduceretur: quæ nunc ita eminet, ac si quis in argillam vdam pedibus & manibus prolapsus conspiciatur. Hæc qui diligentius considerauerit, facilè videbit, rem miraculo, non manu, quòd non difficulter appareret; factam. Hæc in gratiam Casaubonistarum ex illustrissimo scriptore recitare placuit.

Porro necdum Bedæ missio est; iterum cum Gregorio Turonensi flagellatur ad annum Christi 34. N. 138. vbi Baronius de Tunica inconsutili, de Sudario, & id genus alijs Dominicæ passionis sacrosanctis Reliquijs disserit, adducto Beda, & Gregorio Turonensi. Occinit Caluinista: *Se horum pietatem & Zelum promouendæ religionis suspicere & venerari; at facilitatem in credendis multis, quæ priora secula non crediderant, se admodum suspectam habere.*

Vides genium Casaubonianum? Prius laudat, postea trucidat. Prius quasi molli palpo tangit; postea mortiferum aculeum infigit. Scilicet magni pendit Caluinista pietatem Bedæ & Gregorij Turonēsis, quorum ille *Monachus* fuit; hic Archiepiscopus, vterq; earum rerum cultor, quas Caluiniani extremè detestantur. Quod si Bedæ & Turonensi fides habenda non est, cur fidem haberemus Caluiniano;

cum vtroq; minimum nongentis annis posterior sit? Illi, quæ à maioribus acceperant, literis, ante tot iam annorum centurias, fideliter consignarunt; iste nunc ex Caluiniano gurgustio prosiliens, clamat, Bedam & Turonensem non mereri fidem, fictitia esse, quæ scribunt. Vnde hoc huic compertum? Ex immenso odio, quo erga sacras Reliquias flagrat; Et quis odium hoc pectori eius indidit! Quis, nisi Asmodæus, Caluinianorum omnium doctor & ductor?

Eadem vafricie vel potius improbitate eidem Gregorio Turonensi fidem detrahere alibi molitur Casaubonus. Scribit Turonensis, & ex hoc Baronius, de Iordane. *In eo habetur locus, in quo Dominus baptizatus est; in vno etenim reflexu aqua ipsa reuoluitur, in qua nunc leprosi mundantur; cum autem aduenerint, sæpius lauantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur. De publico tamen, dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt; sanati autem ad propria discedunt.* Casaubonus, hæc vt credat, induci non potest. Vocat Gregorium *scriptorem alioquin eximium.* En technam; iterum laudat, vt laceret. At cur *Scriptori Eximio* & perantiquo non potius fidem habeamus, quàm Casaubono, pronuper ex Caluini lumbis proseminato?

Exercit. 13. Anno 13. N. 19.

Turon. lib. 1. de gloria Martyr. cap. 17.

Sed en graues Casauboniana ἀπιστίας causæ. I. *Hieronymus, & alij nihil de hoc miraculo; fictitium igitur.* Pulchrè: quasi huius sancti Patris & aliorum silentium præiudicet veritati, aliorumq; scriptorum veracitati. Quasi verò Gregorius, hoc, quod de Iordane scripsit non scripserit ex relatione oculatorũ testium, præsertim proprij Diaconi, qui, teste Gregorio loca sancta studiosè obierat & per lustrauerat. Et quid mirum aquæ Iordanicæ ob baptisma Christi, hanc gratiam diuinitus olim concessam fuisse, vt leprosos mundaret, cum iam olim idem fluuius Naamanis Syri lepram depulerit ac dispulerit?

Cap. 1. lib. 1.

II. *Ipsemet Baronius ad annum Domini 467. N. 11. monet, non temere fidem habendam omnibus, quæ narrat hic Gregorius.* Rectè facit ergo Casaubonus, dum credere renuit, quæ de leprosis in Iordane mundari solitis, Gregorius prodidit.

At Baronius haud ita loquitur: *Non temerè credendum omnibus, quæ Gregorius narrat;* sed historiam quandam de filia Leonis Imperatoris à Dæmone Romæ per Lugdunensis Ecclesiæ Diaconum liberata, haud certa firmaq; fide subsistere dicit; (quod longè aliter tinnit, quã quod nobis Casaubonus apponit) & idcirco se eam Annalibus innectere noluisse; cuilibet enim lectori ius fasq; esse, vt ipsius Gregorij monumenta adeat & legat. Non est ergo, quòd Caluinicola inuere-

Turon. de glor. confess. cap. 63.

cundiam suam erga Turonensem Archipræsulem exemplo Baronij excusare vel tegere conetur, præsertim cum quod de Iordane scribit, id prorsus consonum sit rei olim circa Naaman in eodem fluuio gestæ, & beneficentiæ Christi Domini, qui vndis illis à Ioanne ablui dignatus est, planè consentaneum. Quare apud Peregrinos mos iste inoleuit, vt corpora Iordanicis aquis abluerēt. Iacobus Vitriacus in Historia Hierosolymitana: *Peregrini, & etiam indigenæ, corpora sua & vestimenta, in aquis Iordanis cum magna deuotione soliti sunt abluere; eò quod Redemptor noster à B. Ioannne in flumine illo baptizatus contractu mundissimæ carnis sanctificauit, vim regeneratiuam conferens vniuersis aquis;* de qua vi regeneratrice admodum scilicet argutè delirat Casaubonus.

Lib. 1. cap. 54.

Ait: *plerosq; veterum sic locutos, sed perperam, vel ipso Abulensi auctore, qui vim istam regeneratiuam aquis impressam, solidè refutet.* Sed iste Caluinicola nescit, quid blateret; nam locutionis huius Auctores & vsurpatores, nihil aliud volunt, quàm Christum tunc, cum baptizatus est in Iordane, aquas Iordanis, & per has omnes alias naturales aquas, destinasse pro materia baptismi, vt accedente ad Elemētum verbo, fieret Sacramentum regenerans hominem, & regenerando omnes culpas abluens. Neq; in hoc sensu vim regeneratiuam à Christo tunc aquis concessam aut negat, aut refutat Abulensis, aut vllus procul à Caluino natus, cuius discipuli iam impudenter vim regenerandi Baptismo abiudicant: Ex quibus vnus veterrimus veterator Ioannes Piscator palam scribere non erubuit: *Ego certè statuo, neminem prorsus, siue infans, siue adultus sit, per baptismum regenerari;* vt proinde, iudicio huius Caluinistæ, falsum esse oporteat illud Apostoli: *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti.* Quod est istud regenerationis lauacrum, nisi baptismus?

Piscat. Respons. ad disputat. Taufferij.

Tit. 3.

Illud mihi nouum, & tanquam Sycophantico Casauboni genio non satis conforme apparet, quod à suis criminationibus intactam esse voluit historiam, quam Turonensis eodem libro cap. 1. recenset his verbis: *Est in Bethlehem puteus magnus, de quo Maria gloriosa aquam fertur hausisse; vbi sæpius aspicientibus miraculum illustre demonstratur, id est, stella ibi mundis corde, quæ apparuit Magis, ostenditur. Venientibus deuotis ac recumbentibus super os putei operiuntur linteo capita eorum: Tunc ille, cuius meritum obtinuerit, videt stellam ab vno pariete putei super aquas transmigrari ad alium, in illo modo, quo solent super cælorum circulo stellæ transferri. Et cum multi aspiciant, ab illis tantum videtur, quibus est mens sanior. Nonnullos vidi, qui eam asserebant se vidisse.*

In fine vide stella.

Nuper autem Diaconus noster retulit, quòd cum quinq; viris aspexit; sed duobus tantùm apparuit: Tertius non fuisset Casaubonus, licet oculos intentissimè in puteum illum defixisset, cum careat mente sana, imò cum mens eius nihil propemodum aliud sit, quam insania, potissimũ in Stolidis & Iudaicis Exercitationibus aduersus Illustrissimũ Baronium.

CAPVT VIII.

De vestigijs pedum Christi ascendentis in cœlum, terræ impressis.

DE his Adamannus lib. 1. cap. 17. & Beda cap. 7. & lib. 5. Histor. Angl. cap. 18. Hæc vestigia non præterijt diligentissimus Baronius ad Annum Christi XXXIV. vbi historiam Ascensionis Dominicæ exponit; nam confirmat ea ex S. Hieronymo, ex S. Paulino Nolano, ex Sulpicio Seuero, & ex Beda. Casaubonus hîc dat manus, tametsi frigidissimè, quod ex breuiculis istis & accisis illius verbis colliges. *Miraculum de Sanctis Domini vestigijs pristinum statum continuo recipientibus, quidquid homines molirentur, propter consensum tot scriptorum, & in his magni Hieronymi, qui fuit oculatus testis, fide mihi quidem videtur dignissimum.* Tandem aliquid credis. Sed quàm inuito pectore? Moueris auctoritate Hieronymi, & aliorum Auctorum. Rectè. Sed cur moueris, quando vis, & quando non vis, non moueris, nisi quia tibi regula credendi est inconstantis animi malè suada libido? Cur non adscripsisti testimonia scriptorum, quibus ad credendum permotus es; vt & tuis in Caluini pædagogio cõdiscipulis ansam credendi dares? Cur dissimulasti pietatem fidelium de terra illa & arena vestigiorum quotidie tollentium, saluis semper & illæsis vestigijs? Cum S. Hieronymus librum de Locis Hebraicis, ab Eusebio Pamphili Grecè conscriptum, Latinitate donarit, cur non exhibuisti nobis Græca Eusebij verba; prout alibi, quando minus necessarium erat, fecisti; nam opus hoc Eusebij nondum editum vidisti & euoluisti Parisiis in Bibliotheca Regia.

Exercit. 16. ad Annum 34.

At dic, quæso, Caluinista, num imitatus fuisses veterum Christianorum pietatem, si te natura temporibus illis protulisset, in colligẽda, asseruanda & honoranda illa terra? Ægrè mihi persuadeo, tametsi suprà sobrij viri personam induere visus es, quando scripsisti Hesperium Patricium, de quo S. Augustinus, piè fecisse, cũ terræ sanctæ portionem

Exerc. 16. An. 34. N. 140.

S. August. lib. 22. de Ciu. Dei, cap. 8.

tionem ad se delatam reuerenter habuit; etiam condito in honorem eius Oratorio. *At Hesperius Terram illam non adorauit!* At honorauit, veneratus est, coluit. Quid de *adorandi* vocabulo tricaris? licet adorauerit quoq;, sumendo *adorationis* vocabulum paulò latius, prout est, ipsius itidem scripturæ vulgatissimo vsu, quasi genus quoddam ad quemlibet cultum, etiam ciuilem. Et quia S. Augustinus testatur, Deum per illam terram miracula patrasse, vlterius progreditur Casaubonus, & ait: *se idem cum Hesperio facturum, si liquidò sibi constaret, per illam miracula Deum edere.* cæterum veteres Christiani absolutè terram præsentia & miraculis Christi, & tot sanctorũ nobilitatam coluerunt, siue postmodum noua miracula per illam ederentur, siue non; quia vt vocabatũ & erat Terra sancta, ita etiã simpliciter colebatur vt terra sancta.

Deinde libenter equidem intuerer os habitumq; Casauboni Terram sanctam venerantis. Num venerationem hanc testaretur pio osculo! Num genu flexione! Num capitis apertione & inclinatione? Num simili quopiam gestu pietatis indice? Et quomodo honorabit hanc terram, cum ex Caluini doctrina, non nisi ciuilem, & religiosum cultum soli Deo debitum, hoc est, latriam agnoscat? Num ciuiliter tãtùm terram sanctam colet! At hoc nimis inciuile foret. Num religiosè, hoc est, ex Caluinistarum diuisione, *latricè?* Verùm hic ab omnibus Caluinistis sempiternum Anathema audiet. Sed non est huic Caluinistæ inconsuetum calami & cordis diuortium. Sæpè lingua & calamus animo contraria promunt.

Nunc ad Montem Oliueti, ad vestigia pedum Domini reuertamur, de quibus hæc S. Hieronymus: *Mons Oliueti ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini humo impressa hodieq; monstrantur. Cumq; terra eadem quotidiè à credentibus hauriatur; nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuò recipiunt. Deniq; cum Ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate & pulcherrimo opere conderetur; summum tantùm cacumen, vt perhibent, propter Dominici corporis meatum, nullo modo contegi & concamerari potuit; sed transitus eius à terra ad cœlum vsq; patet apertus.* Verba hæc S. Hieronymi exscripsit Auctor ille, qui nomenclaturam seu nominum explicationem ex Apostolorum Actis confecit, inter opera S. Hieronymi, Tom. 3. Nam S. Hieronymi non esse inde liquet, quia citat Hieronymum in verbo *Smyrna*; deinde quia vbi de Damasco agit, scribit Damascum esse Metropolim Sarracenorum, & Nauiam (Monuuiam) Regem Sarracenorum *famosam sibi & suis in ea Basilicam ædificasse.* At hæc longè post tempora S. Hieronymi acciderunt,

S. Hieron. lib. de locis Hebr.

 derunt,

derunt, quo viuente Damascus in Christianorum potestate erat; & necdum in mundo detestabile Mahometis nomen personuerat.

S. Hieronymo adde Synchronon S. Paulinum Nolanum, qui ad Seuerum ista scribit: *Mirum vero inter hæc, quod in Basilica Ascensionis, locus ille tantùm, de quo in nube susceptus ascendit, captiuam in sua carne ducens captiuitatem nostram, ita sacratus diuinis vestigijs dicitur, vt nunquam tegi marmore, aut pauiri receperit, semper excussis, solo respuente, quæ manus, adornandi studio, tentauit apponere. Itaq; in toto Basilicæ spatio, solus in sui cespitis specie virens permanet, & impressam diuinorum pedum venerationem calcati DEO pulueris perspicua simul, & attigua venerantibus arena conseruat: vt verè dici possit: Adorauimus, vbi steterunt pedes eius.*

Sulp Seuer lib. 2. Sacr. Hist.

Accedat & Sulpicius Seuerus eiusdē æui scriptor: *Illud mirum, quod locus ille, in quo postremùm institerant diuina vestigia, cùm in cœlum Dominus nube sublatus est, continuari pauimento cum reliqua stratorum parte, non potuit: siquidem quæcunq; applicabantur, insolens humana suscipere, terra respueret, excussis in ora apponentium sæpe marmoribus. Quin etiam calcati DEO pulueris adeò perenne documentum est, vt vestigia impressa cernantur: & cum quotidiè confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigijs, terra custodit.*

Hæc Triumuiri illi, quorum pondere pressus manus dat Casaubonus, qui tamen, vt semper solet, mox alienum quid miscet, per quæ præcedentia quoq; in dubium reuocat. Exemplum hic habes. Ait enim, licet credat ea quæ S. Hieronymus tradit, non tamen credere quæ scribit Sanutus in Secretis lib. 3. part. 14. cap. 19. in descriptione Montis Oliueti. *Ibidem etiam ostenditur locus, in quo detentus fuit à turbis, Iuda osculo eum prodente: & videtur adhuc impressio Caluariæ eius in rupe descendente, & vestigia capitis ac capillorum eius: & in alio latere apparet impressio digitorum eius, ac si in pasta facta fuisset, quam impressionem dicitur fecisse apprehendendo rupem, cum teneretur à turbis, & est mirum, quia experti recitant, quod etiam ferreis instrumentis, non modò partem lapidis non possunt abscindere, sed nec puluerem quidem possunt elicere.*

Hæc Sanutus; quæ Caluinista se credere negat. Quare non credit? Vnica, eaq; breuissima caussa est, quia non lubet: si lubentia esset, iam crederet. At Prisci scriptores nihil de hoc miraculo. Quid si aliquid? An non tu mox eludendi & cauillandi materiam tibi subministratam

stratam

stratam existimares? Si Beda, Adamannus aut Arculphus ante mille propemodum annos nobis hac de re, aliquid literarum monumentis consignatum reliquissent, tu eos *nimiæ simplicitatis & credulitatis* accusasses, prout sæpius à te factum, quando aliquid Caluiniano Palato ingratum commemorant.

Porrò ex supra recitatis S. Hieronymi, S. Paulini & Sulpicij verbis liquere videtur, vestigia pedum Domini fuisse terræ molli, vel arenosæ non lapidi aut petræ impressa, cuius contrarium scribunt recentiores, qui terram sanctam perlustrarunt, inprimis Borchardus in suo Itinerario, cum dicit, lapidem, qui Domini vestigia continebat, ex primo loco, à Sarracenis sublatum, & in orientali porta Ecclesiæ, quam occluserant, collocatum.

Non absimilia Illustrissimus Princeps Radziuilus in suo Hodoeporico. *Ascendimus*, inquit, *summitatem Montis Oliueti, è quo Christus ad cælos ascendit. Erat antea hoc ipso in loco, Ecclesia per diuam Helenam fabricata, quæ planè est diruta. Nunc habent hic Turcæ Moschæam paruam, rotunda forma constructam, in cuius medio in saxo est sacrum vestigium pedis Christi Saluatoris, quod in cælos ascendens, reliquit. Hoc Turcæ plurimùm venerantur & exosculantur. Aliud pedis alterius vestigium diuisa petra, Turcæ ad Templum Salomonis transtulisse dicuntur. Nobis in porta huius Moschææ stantibus, fuit concessum sacrum hoc signum intueri, quod ab ipsa porta, quatuor circiter cubitis est remotum. Antea licebat Christianis intus ingredi, & locum sacrum exosculari. Sed qui tum officium Cadij administrabat, cum suæ religionis obseruantissimus esset, nec peregrinos in parietibus loci huius Crucis depingentes tolerare posset, ante duos annos, sub pœna capitis edixit, ne quis Christianorum amplius eo ingrediatur.*

In margine additur: Anno Christi 1596. Christianis ingressum denuo concessum fuisse; & ex ingredientiū numero tunc fuisse pium quendam Sacerdotem, qui affirmet: vestigium sinistri pedis in ipso petræ cacumine, quod acuminatum, nec diuidi, nec alterius pedis capax esse potuit, optimè conspici. Nisi admodum fallor, legi in aliquo Anglicano Historico, siue is Matthæus Parisiensis, siue quis alius est, lapidem cui pedis Christi vestigium erat impressum, in Angliam peruenisse.

Lorinus in cap. 1. Act. Apost. putat veteres audiendos esse, qui nil de lapide, sed tantum de terra, seu puluere terræ: Sed fortè Iuniores cum Priscis conciliari possunt, si quis dicat; non tantum terræ seu

arenæ

arenæ superiectæ, sed etiam saxo subiecto vestigia pedum Domini impressa fuisse. De prioribus loqui antiquos, de posterioribus, posteriores, neq; enim tam constans Hierosolymitanorum peregrinorum de vestigijs lapidi impressis persuasio ex nihilo fluxisse videtur.

Secundò responderi potest, vestigia lapidi incisa, fuisse tantum imitamenta quædam & delineamenta verorum Christi vestigiorum, desumpta ex his, tanquam ex prototypis: Successu autem temporis pro veris & primigenijs vestigijs haberi vulgò cœpta, quemadmodum in id genus alijs pietatis argumentis sæpius euenisse, non semel in opere de S. Cruce monuimus, idq; nullo religionis detrimento, nisi cauillatorum & calumniatorum iudicio.

Ad extremum, accipe hic insigne specimen candoris Casauboniani, quo erga Illustriss. Card. Baronium vtitur. A multis Itinerarijs Hierosolymitanis statuitur in Gallilæa Arx seu Castellum *Magdalum*, sic à turribus & munitionibus appellatum. Magdal enim Hebræis inter cætera, etiam *turris* est. Hoc Magdalum dicunt fuisse Mariæ Magdalenæ, eamq; nomen Magdalenæ inde accepisse; Quare Hieronymus quoq; lib. de Nominibus Hebraicis Magdalenam *Turrim* interpretatur; sed addit; *melius vt à monte montanum, sic Magdalenam, Turrensem à Turri dici*; quam in Epistola ad Principiam *Turritam* vocatam tradit, *ob sedulitatem & amorem fidei*. Hæc de Magdalo Arce Magdalenæ, cum Itineraria etiam ante 300. & amplius annos scripta, prodant, Casaubonus tamen omnia reijcit, & fabulis annumerat, nec quidquam de hac Magdalo ad aures admittit, quasi necessariò falsum esse oporteat, quidquid ipsius phantasia pro falso reputat.

Vide Adrichō. in Theatro in Tribu Zabulon, N. 66.

Cæterum hoc vtcunq; adhuc ferri posset, nisi inde Baronij barbare insectandi occasionem arripuisset, Exercit. 16. ad Annum Domini 34. N. 1. vbi dicit, Baronium rectè stuporem illorum castigare, qui ex illis verbis Ioann. 11. *De castello Mariæ & Marthæ*, castellum Magdalum finxerint, cuius hæ essent Dominæ, & à quo Magdalena nomen inuenerit. At nihil Baronius de *stupore aliorum*. Modestior fuit, quàm vt Orthodoxos scriptores, à quibus dissentiret, *stupidos* appellaret, vel *stuporis* insimularet. Tantum dicit; *decipi multos*, qui arbitrantur *castelli* illius Dominas fuisse Mariam &討Martham, communi enim more dictum esse; *de castello Mariæ & Marthæ;* quòd ibi habitarent Maria & Martha, sicuti Matthæus de Christo Capharnaum delato ait; eum venisse *in suam ciuitatem*, & Lucas similiter de Nazareth: *Reuersi sunt in Gallilaeam, in ciuitatem suam Nazareth*. Suam vocant, quia

Cap. 6.

Cap. 2.

vtraq;

vtraq; aliquādo Saluatori habitaculum fuit. Eſt ergo caſtellum hoc ipſa Bethania, vbi Maria cum Martha ſorore & Lazaro fratre degebat: Græce vocatur ab Euangeliſta *κώμη*, hoc eſt, *vicus, pagus*, quam Græcam dictionem *caſtelli* nomine alibi etiam Interpres noſter reddit: vt Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. & 24.

Nec Baronius vllam Magdali caſtri ſeu caſtelli mentionem facit Anno XXXIV. N. 1. quaſi Caſtellum, de quo Ioannes, propria appellatione Magdalum nuncupatum fuerit; nihil huius Baronius, quod ei Caluiniſta doloſè imponit, quia non ignorabat, caſtellum illud ſeu vicum Marthæ & Mariæ, fuiſſe ipſiſſimam Bethaniam, nec aliud quàm Bethaniæ nomen tuliſſe. Itaque non reuocat vel ſubuertit ea, quæ ſcripſerat Anno Chriſti 32. N. 23. quia hic neq; ſcripſit neq; ſomniauit, caſtellum, de quo Ioannes cap. 11. dictum fuiſſe *Magdalum*; aut iuxta Bethaniam caſtellum fuiſſe, cui Magdalum nomen; nec de Magdalo Caſtello, quod Itineraria Hieroſolymitana in litore maris Galilæi conſtituunt, hîc quidquam aſſerit Baronius. Sed de nomine Magdalenæ diſputans ait; ex quorundam opinione Magdalenam nomen traxiſſe à Magdalel oppido in tribu Nephthalim, de quo Ioſue 19. quamuis ipſe potius inclinet dictũ à Magdal oppido in tribu Iuda, vt eſt Ioſue 15. vel à Magdalo apud Ægyptum, de quo Exodi 14. & alibi.

Nec quidquam hic habet Caluiniſta præter cauillationem: *Putare Magdalenam à caſtello aut turri ſic dictam fuiſſe, quia Hebræis Migdal eſt Turris, non minus eſt abſurdum, quàm exiſtimare, omnes qui Moſis nomine ſunt appellati, ab aquis fuiſſe extractos, qui Abrami, patres fuiſſe multorum populorum, qui Iſaaci, propter riſum matris ſic eſſe dictos.* Quàm vana cauillatio, cui nihil penitus ſubeſt niſi peruerſa aduerſus Baronium maleuolentia & iniquitas: Nam *Migdal* aut *Magdal* Turris eſt; ergo ſi Magdalena eſt à Migdal, quæcunq; Magdalenæ nomen gerit; à Migdal ſeu Magdal, hoc eſt, à Turri nomen gerit. Sic qui Abrahami nomen habet, is habet nomen eius, qui multorum populorum pater exſtitit; & qui Moſis; nomen eius habet, qui ex aquis extractus eſt, & qui Iſaaci, eius qui propter riſum matris ſic dictus eſt: licet ipſi non ſint patres multorum populorum, nec extracti ex aquis, nec riſu matris excepti:

Quod ſi Caſaubonianam ſtultitiam magno verborũ apparatu circumdatam, fuco ſuo exuere; & nudam proponere velis, hanc & non aliam, haud ſine riſu intueberis. *Magdalena dicitur à Migdal ſeu Magdal, quod eſt Turris, ergo quicunq; habet nomen Abrahami, ille multorum*

populo-

populorum pater est; & quicqnid habet nomen Isaaci, illius conceptionem, & quidem ob annuntiatam & promissam conceptionem, risus matris antecessit. Quis ad hunc tam immanem stuporem satis obstupescat? Perinde ac si diceret: Piso à Pisis & Cicero à Cicere nomen sortitus est; ergo quicunq; aut olim, aut iam vocãtur Cæsares, illi ex vtero materno cæsi sunt, aut flaua cæsarie insigniti. Quasi verò necesse sit, vt illud, quod nomini cudendo vel imponendo primam occasionem dedit, in quouis, cui nominis illius appellatio obtigit, reperiatur.

Iam dimisso sectario Arculphum, Adamannum & Bedam audiamus, Dicendi genus Adamanni haud respues, si meminisse velis, id non tam Adamanni esse, quam temporis illius, quo Adamannus vixit; quando Britannica ciuitate M. Tullius & alij Elegantiæ patres, necdum donati fuerant; vel saltem necdum redonati, si Romanis rerum potientibus in Britannia aliquis latinæ linguæ cultus fuit.

Finis Prolegomenorum.

Incipit

Incipit Prȩfatio in librū de Situ locorum ſanctorum.

ARculfus ſanctus Epiſcopus, gente Gallus, diuerſorum longè remotorum peritus locorum verax index, & ſatis idoneus, in Hieroſolymitana ciuitate, per menſes nouem hoſpitans, & loca ſancta quotidianis viſitationibus peragrans, mihi Adamanno hȩc vniuerſa, quæ infra * caraxanda ſunt, experimenta diligentius percontanti, & tabulis de ſcribendi, fideli & * indubitabili narratione dictauit, quæ * nunc in membranis breui textu ſcribuntur.

** Adampamno.*
** Perſcribēda.*
** Indubitali.*

Incipiunt Capitula libri primi.

 III. De

III. *De illo lapide, qui ad ostium monumenti aduolutus est, quē Angelus Domini de cœlo descendens, post resurrectionē eius, reuoluit.*

IV. *De Ecclesia sanctæ Mariæ, quæ Rotundæ cohæret Ecclesiæ; & de ea, quæ in Caluariæ loco cōstructa est; & de ea, quā Cōstātinus vicinā supradictæ Ecclesiæ, in eo fabricauit loco, vbi crux Domini, post multa tempora, refoßâ, inuenta est, terrâ. Et de alia inter Ecclesiam Caluariæ & Constantini Basilicam sita, in qua calix Domini, & Spongia in eo recondita habetur, de qua in ligno pendens acetum suxerat & vinum.*

V. *De lancea militis, qui latus Domini ipse *pupunxit.*

* *Pupugit. Aperuit.*

VI. *De Sudario illo, quo Domini caput sepultum contectus est.*

VII. *De Linteo, quod, vt fertur, S. Maria contexuit.*

VIII. *De illa summa columna in illo loco sita vbi cruce Domini superposita mortuus resurrexit viuens.*

IX. *De Ecclesia S. Mariæ in Valle Iosaphat fabricata, in qua eius monumentum habetur.*

X. De

INCIPIT LIBER PRIMVS DE SITV SANCTORVM LOCORVM.

CAPVT I.

De Situ Hierusalem.

DE Situ Hierusalem nunc quædam scribenda sunt, pauca ex his, quæ mihi S. Arculfus dictauit: Ea verò, quæ in aliorum libris de eiusdem ciuitatis positione reperiuntur, à nobis prætermittenda sunt. In cuius magno muro, id est, ambitu, idem Arculphus octoginta quatuor numerauit turres, & portas bis ternas, quarum per circuitū ciuitatis ordo sic ponitur. Porta Dauid, ad occidentalem partem montis Sion, prima numeratur; secunda, porta * Villæ Fullonis; tertia, porta sancti Stephani; quarta, porta Beniamin; quinta, portula, id est, paruula porta; ab hac per gradus, ad vallem Iosaphat descenditur; sexta, porta Thecuitis.

* Vallis.

Hic itaq; Ordo per earundem portarum & turrium intercapedines, à portâ Dauid supra memoratâ per circuitum, septentrionem versus, exinde ad orientem dirigitur: Sed quamlibet sex portæ in muris numerantur, celebriores tamen ex eis portarum introitus frequētantur, vnus ad occidentalem, alter ad septentrionalem, tertius ad orientalem partem; ea verò pars murorum

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI EPITOME TRIVM libellorum, quos Adamannus de locis Sanctis conscripsit.

CAPVT I.

De Situ Hierusalem.

Situs vrbis Hierusalem penè in orbem circumactus, non paruo murorum ambitu surgit, quo etiam montem Sion, quondam vicinum intra se recipit, qui à meridie positus pro arce vrbi supereminet, & maior pars ciuitatis infra montem iacet, in planicie humilioris collis sita. Post paßionem Domini quippe à Tito Imperatore destructa, sed ab Ælio Adriano Cæsare, à quo etiam Ælia nunc vocatur, instaurata, multoq; amplior effecta est. Unde est, quod cum Dominus extra portas vrbis passus sepultusq; sit, modo loca paßionis & resurrectionis illius, intra eiusdem mœnia cernantur: cuius magno murorum ambitu, octoginta

qua-

cum interpositis turribus, quæ à supra scripta Dauid porta, per Aquilonare montis supercilium, quod à meridie supereminet ciuitati, vsq; ad eam eiusdem montis frontem dirigitur, quæ prærupta rupe orientalem respicit plagam, nullas habere portas comprobatur.

Nundina Hierosolymitana ob festum Exaltata Crucis, quod 14. Septēbris celebratur.

Sed & hoc etiam non esse prætereundum videtur, quod nobis sanctus Arculfus de huius ciuitatis in Christo honorificentiâ præfatus narrauit; inquiens. Diuersarũ gentium vndiq; innumera multitudo, decimo quinto die mensis Septembris, anniuersario more in Hierosolymis conuenire solet, ad commercia mutuis venditionibus & emptionibus peragenda; vnde necesse est, vt per aliquot dies, in eadem hospitâ ciuitate diuersorum hospitentur turbæ populorum, quorum plurima Camelorum, & equorum, asinorumq; numerositas, nec non & boum masculorum, diuersarum vectorũ rerum, per illas politanas plateas, stercorum abominationes propriorũ passim sternit; quorum nidor non mediocriter inuehit ciuibus molestiam, quæ ambulandi impeditionem præbet. Mirum dictu, post diem suprà memoratum recessionis cum diuersis turmarũ iumentis, nocte subsequente, immensa pluuiarum copia de nubibus effusá, super eandem descendit ciuitatem, quæ totas abstergit abominabiles de plateis sordes, ablutamq; ab immunditijs fieri facit eam: nam Hierosolymitanus ipse situs, à supercilio Aquilonaris montis Sion incipiens, ita est molli à conditore DEO dispositus decliuio, vsq; ad humiliora Aquilonarium Orientaliumq; murorum loca, vt illa pluuialis exuberantia nullo modo in plateis, stagnantium aquarum in similitudinem, suprà sedere possit, sed instar fluuiorum de superioribus ad inferiora decurrit. Quæ scilicet cœlestium aquarum inundatio per Orien-

M. s. Cod. pillas politatias plateas. Fort. leg. per illas politas, hoc est, elegantes plateas.

quatuor turres, porta verò sex visuntur. Prima, porta Dauid ad occidentem montis Sion; secunda, porta * vallis fullonis: tertia, porta sancti Stephani: quarta, porta Beniamin: quinta, portula, id est, paruula porta, ab hac per gradus ad vallem Josaphat descenditur: sexta, porta Thecuitis.

* villa.

Celebriores tamen ex his sunt tres exitus portarum: vnus quidem ab occasu, alius à Septentrione, tertius ab Oriente. A meridie autē Aquilonari, montis supercilium Sion supereminet ciuitati, & ea pars murorum, cum interpositis turribus, nullas habere portas cōprobatur, id est, à suprascripta Dauid porta, vsq; ad eam montis Sion frontem, quæ prærupta rupe orientalem respicit plagam.

Orientales interfluens portas, & omnia secum stercoraria auferens abominamenta vallem Iosaphat intrans, torrentem Cedron auget: & post talem Hierosolymitanam baptizationem, * continuatim eadem fluminalis exuberatio cessat.

* Statim.

Hic ergo non negligenter annotandum est, quanti vel qualis honoris hæc electa & prædicabilis ciuitas in conspectu æterni Genitoris habeatur, qui eam sordidatã diutius remanere non patitur, sed ob eius Vnigeniti honorificentiam citius eam emundat, qui inter murorum eius ambitum, sanctæ Crucis, & Resurrectionis eius loca habet honorifica.

Cæterum in illo famoso loco, vbi quondam templum magnifice constructũ fuerat, in * vicina ab Oriente locatum, nunc Sarraceni quadrangulam orationis domum, quam sub rectis tabulis & magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias construentes, vili fabricati sunt opere, frequentant. Quæ vtiq; domus tria hominum millia simul, vt fertur, capere potest.

* f. Vicinia muri.

Arculfus itaq; de ipsius ciuitatis habitaculis interrogatus, respondens ait: Memini me vidisse & frequentasse multa ciuitatis eiusdẽ ædificia, plurimasq; domos grandes lapideas, per totam magnam ciuitatem, intra mœnia circumdata, mira fabricatas arte, sæpius considerasse, quæ omnia nunc à nobis sunt prætermittenda, vt æstimo, exceptis eorum ædificiorum structuris, quæ in locis sanctis, Crucis videlicet & Resurrectionis, mirificè fabricata sunt.

Beda Cap. V.

*Situs quippe ipsius urbis est à Supercilio Aquilonari montis Sion incipiens, *id est, molli cliuo dispositus, usq; ad humiliora Aquilonarium Orientaliumq; loca murorum, ut pluuia ibi decidens nequaquam stet, sed instar fluuiorum per Orientales defluens portas, cunctis secum platearum sordibus raptis, valle Iosaphat torrentem Cedron *augent.*

* f. item est.

* f. augeat.

CAPVT II.

De Ecclesia rotundæ formulæ, super sepulchrũ Domini ædificata.

DE quibus diligentius interrogauimus sanctum Arculfum, præcipuè de sepulchro Domini, & Ecclesiâ super illud constructâ, cuius mihi formam in tabulâ ceratâ ipse depinxit. Quæ vtiq; grandis Ecclesia tota lapidea, mira rotunditate ex omni parte collocata à fundamentis, in tribus consurgens parietibus, inter vnumquemq; parietem & alterum, latum habens spatium viæ; tria quoq; altaria in tribus locis parietis medij *artifice fabricatis. Hanc rotundam, & summam Ecclesiam supra memorata habentem altaria, vnum ad meridiem respiciens, alterum ad Aquilonem, tertium versus occasum, duodecim miræ magnitudinis lapideæ sustentant columnæ. Hæc bis quaternales portas habet, hoc est, introitus, per tres è regione interiectis viarum spatijs stabilitos parietes; ex quibus quatuor exitus ad Vulturnum spectant, qui & *Calcius dicitur ventus, alij verò ad Eurum respiciunt.

* Artificiose.

* f. Cacias.

In medio spatio huius interioris rotundæ domus, rotundũ inest in vna eademq; petrâ excisum *tegurium, in quo possunt ter terni homines stantes orare, & à vertice alicuius non breuis staturæ hominis stantis, vsq; ad illius domunculæ cameram, pes & semipes mensurâ in altum extenditur. Huius teguriolo introitus ad Orientem respicit, quod totũ extrinsecus electo tegitur marmore, cuius exterius summum culmen auro ornatum, auream non paruam sustentat Crucem. In huius tegu-

* Tegurium, quasi tegurĩ, à tegendo.

Beda Cap. II.

De Sepulchro Domini, & de Constantiniana atq; Golgothana Ecclesia & sanctis Locis in Hierusalem.

HVius quoque ad occasum Ecclesiæ ἀναςάσεως, *id est, Resurrectionis Dominicæ rotunda Ecclesia, tribus aucta parietibus, duodecim columnis sustentatur, inter parietes singulos latum habens spatium viæ, quæ tria altaria in tribus locis parietis medij continet, hoc est, Australi, Aquilonari, & Occidentali. Hæc bis quaternas portas, id est, introitus per tres è regione parietes habet, è quibus quatuor ad Vulturnũ, & quatuor ad Eurum spectant. Huius in medio monumentum Domini rotundum in petrà excisum est, cuius culmen intrinsecus stans homo manu contingere potest, ab Oriente habens introitum, cui lapis ille maximus appositus est, quod intrinsecus ferramentorum vestigia usq; ad præsens ostẽdunt. Nam extrinsecus usq; culminis summitatem totum marmore tectum est, summum verò culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem.*

Eadem de locis Paßionis & Resurrectionis Domini ex Adamanno inseruit Beda historia Anglorum. lib. 5. cap. 17.

rij * Aquilonari parte sepulchrum Domini in eâdem petrâ excisum habetur interius, sed eiusdem tegurij pauimentum humilius est loco sepulchri; Nam à pauimẽto eius ad sepulchri marginem lateris, quasi trium mensura altitudinis palmorum haberi dignoscitur. Sic mihi Arculfus, qui sæpè sepulchrum Domini frequẽtabat, indubitanter emensus pronunciabat.

** C. M. Aquilonea.*

Hoc in loco discrepantia nominum notanda, inter monumentũ & sepulchrum; Nam illud suprà sæpè memoratum rotundum *tegurium*, alio nomine Euangelistæ monumentum vocant, ad cuius ostium aduolutum, & ab eius ostio reuolutum lapidem Domino resurgente pronunciant. Sepulchrum verò propriè dicitur ille locus in tegurio, hoc est, in Aquilonari parte monumenti, in quo Dominicum corpus linteaminibus inuolutum conditum quieuit. Cuius longitudinem Arculfus in septem pedum mensura, propria mensus est manu. Quod videlicet sepulchrum, non; vt quidam falsò opinantur, duplex est, & quandam de ipsa maceriola petram habẽs excisam, duo crura & femora duo, intercedentem & * separantem, sed totum simplex, à vertice vsq; ad plantas, lectum vnius hominis capacem super dorsum iacentis præbens, in modũ speluncæ, introitum à latere habens, ad Australem monumenti partem, è regione respicientem, culmenq; humile desuper eminens fabrefactum. In quo vtiq; sepulchro duodenæ lampades, iuxta nomina duodecim sanctorum Apostolorum, * semis die ac nocte ardentes lucent; ex quibus quatuor in imo illius Lectuli sepulchralis loco inferius positæ; aliæ verò bis quaternales super marginem eius superius collocatæ ad latus dextrum, oleo nutriente præfulgent.

Matth. 28. Marci 16.

** M. S. reparãtem. Videtur locus corruptus: sin minus, duo ista vocabula,* intercedẽtem & separãtem, *ad petram referenda sunt.*

** Sic M. S. fortè legendum,* semper.

Sed

*Beda Cap. II.

IN huius ergo monumenti Aquilonari parte sepulchrum Domini in eadem petra excisum, longitudinis septem pedum, trium mensura palmarum pauimento altius eminet, introitum habens à latere meridiano: vbi die noctuq; duodecim lampades ardent, quatuor intra sepulchrum, octo supra in margine dextro.

*Beda

Sed & hoc etiam notandum esse videtur, quod Mausoleum Saluatoris, hoc est, sæpe suprà memoratum tegurij spelæum, (siue spelunca rectè vocari possit) de quo videlicet Domino IESV in eo sepulto Propheta vaticinatur, dicens: *Hic habitauit in excelsa spelunca petræ fortissimæ.* Et paulò post, de ipsius Domini Resurrectione ad Apostolos lætificatos, subinfertur; *Regem cum gloria videbitis.*

Isaia cap. 33.


Supra dictæ igitur rotundæ Ecclesiæ formulam, cum rotundo tegurio in medio eius collocato, in cuius Aquilonari parte sepulchrum Dominicū habetur,* subiecta declarat pictura, nec non & trium aliarum figuras Ecclesiarum, de quibus inferius intimabitur. *In eâdem Ecclesia quædam in petrâ habetur excisa spelunca, infra locum Dominicæ Crucis, vbi super altare pro quorundam honoratorum animabus offertur, quorum corpora interim in plateâ iacentia, ponuntur ante ianuam eiusdē Golgothanæ Ecclesiæ, vsq; quo finiantur illa pro ipsis defunctis sacrosancta mysteria. Has itaque quaternalium figuras Ecclesiarum, iuxta exemplar, quod vt superius dictum est, S. Arculphus in paginula figurauit cerata, depinximus, non quod possit eorum similitudo formari in pictura, sed vt Dominicum monumentum tali, licet vili figuratione, in medietate rotundæ Ecclesiæ constitutum monstretur; Et huic propior Ecclesia, vel quæ eminus est posita declaretur.

** Ex Cod. M.S. Belgico hanc figuram adiecimus; nam in editionibus Beda deest.*

A. Tegurium

*Beda Cap. II.

DEhinc ab occasu Golgothana videtur Ecclesia, in quà etiam rupes apparet, quæ quondã ipsam affixam Domini corpori crucem pertulit argenteam, modò pergrandem sustinens crucem, pendente magna desuper æreà rota cum lampadibus: infra ipsum verò locum Dominicæ Crucis, excisa in petrà crypta est, in quà super altare pro defunctis honorandis sacrificium solet offerri positis interim in plateâ corporibus.



A. Tegurium rotundum.
B. Sepulchrum Domini.
C. Altaria dualia.
D. Altaria.
E. Ecclesia.
F. Golgothana Ecclesia.
G. In loco Altaris Abraham.
H. In quo loco Crux Dominica cum binis Latronum crucibus sub terra reperta est.
I. Mensa lignea.
K. Plateola, in qua die ac nocte lampades ardent.
L. Sanctæ Mariæ Ecclesia.
M. Constantiniana Basilica, hoc est Martyrium.
N. Exedra cum Calice Domini.

CAPUT III.

De illo lapide, qui ad ostium monumenti aduolutus est, quem Angelus Domini descendens post resurrectionem eius reuoluit.

Matth. 28.

*SEd inter hæc de illo suprà memorato lapide, qui ad ostium monumenti Dominici, post ipsius Domini crucifixi sepultionem, multis trudentibus viris, aduolutus est, breuiter intimandum esse videtur. Quem Arculfus intercisum, & in duas diuisum partes refert; cuius pars minor ferramentis dolata est, & quadratum altare, in rotundâ suprà scriptâ Ecclesiâ, ante ostium illius sæpè memorati tegurij, hoc est, monumenti Domini, stans constitutum cernitur; maior verò illius lapidis pars, æquè circum dolata est, & in orientali eiusdem Ecclesiæ loco quadrangulum illud altare sub linteaminibus extat.

De illius ergò petræ coloribus, in quâ sæpe dictum tegurium dolatorum ferramentis interius cauatum, Dominicumq; sepulchrum in Aquilonari loco ipsius habens, de vnâ eâdemq; petra excisum, quæ & monumentum, hoc est, ipsum tegurium; Arculfus à me interrogatus, dixit: Illud Dominici monumenti tegurium, nullo intrinsecus ornatu tectum, vsq; hodie per totam eius cauaturam ferramentorum ostendit vestigia, quibus dolatores siue excisores in eodem vsi sunt opere. Color verò illius eiusdem petræ monumenti, & sepulchri, non vnus sed duo, & permixti videntur; ruber vtiq; & albus: inde & bicolor eadem ostenditur petra. Sed de his ista sufficiant.

*Beda Cap. II.

Lapis, qui ad ostium monumeti positus erat, nunc fissus est, cuius pars minor quadratũ altare ante ostium nihilominus eiusdem monimẽti stat, maior vero in Orientali eiusdem quadrangulum aliud altaare sub linteaminibus extat. Color autem eiusdem monumenti & sepulcbri albo & rubicundo permixtus videtur.

Sensus Bedæ est; ex minore parte lapidis quadratum altare ante ostium monumenti constructum; ex maiore autẽ lapidis parte factum altare quadrangulũ ad Orientem.

CAPVT IV.

De Ecclesia S. Mariæ, quæ rotundæ cohæret Ecclesiæ, &c.

CÆterum de Sanctorum structuris locorum, pauca addenda sunt aliqua. Illi rotundæ Ecclesiæ suprà sæpius memoratæ, quæ & Anastasis, hoc est, Resurrectio vocitatur, eo quod in loco dominicæ Resurrectionis fabricata est; à dextera cohæret parte sanctæ Mariæ Matris Domini quadrangulata Ecclesia, infra quam magna argentea crux infixa statuta est eodem in loco, vbi quondam lignea crux in qua passus est humani generis Saluator infixa stetit.

Alia verò prægrandis Ecclesia Orientem versus in illo fabricata est loco, qui Hebraicè Golgotha vocitatur, cuius in superioribus, grandis quædam ærea cũ lampadibus rota in funibus pendet. Huic Ecclesiæ in loco Caluariæ quadrangulata fabricatæ structura, lapidea illa vicina Orientali in parte cohæret Basilica, magno cultu, à Rege Constantino constructa, quæ & *Martyrium* appellatur, in eo, vt fertur fabricata loco, vbi crux Domini, cum alijs latronũ binis crucibus sub terrâ abscondita, post ducentorum triginta trium cyclos annorum, ipso Domino donante, reperta est.

Inter has itaq; duales Ecclesias, ille famosus occurrit locus, in quo Abraham patriarcha altare composuit, super illud imponens lignorum struem, & vt Isaac immolaret filium suum, euaginatum arripuit gladium; vbi nunc mensa habetur lignea & parua, super quam pauperum eleemosynæ à populo offeruntur. Sed & hoc mihi diligentius interrogãti S. Arculfus addidit, dicens:

Gen. 22.

Inter

Beda Cap. II.

ADextrâ autem parte, huic Ecclesiæ cohæret beatæ Domini Genitricis Ecclesia quadrangula.

Beda Cap. II.

INgresso ergo à septentrionali parte urbem, primùm de locis sanctis, pro conditione platearum, diuertendum est ad Eccclesiam Constantinianam, quæ Martyrium *appellatur. Hanc Cōstantinus Imperator eò, quod ibi Crux Domini, ab Helena matre eius reperta sit, magnifico & regio cultu construxit.*

Inter Anastasim, hoc est, Ecclesiam suprà memoratam, & Basilicam Constantini, quædam patet plateola, vsque ad Ecclesiam Golgothanam, in quâ plateola die ac nocte semper lampades ardent.

Calix Chri.

Inter illam quoq; Golgothanam Ecclesiam & Martyrium, quædam inest exedra, in quâ est calix Domini, quem à se benedictũ propria manu in cœna pridie quàm pateretur, ipse conuiua Apostolis tradidit conuiuãtibus. Qui argenteus calix, sextarij Gallici mensuram habet, duasq; ansulas in se ex vtraq; parte altrinsecus continet compositas. In quo vtiq; calice inest spongia, quam aceto plenam hyssopo circum ponentes, Dominum crucifigentes, obtulerunt ori eius. De hoc eodem calice vt fertur, Dominus post Resurrectionem cum Apostolis conuiuans, bibit. Quem S. Arculfus vidit, & illius scrinioli, vbi reconditus habetur, operculi foramẽ pertusi, manu tetigit propria, osculatus. Quem videlicet calicem vniuersus ciuitatis populus, cum ingenti veneratione frequentat.

Matth. 26.

CAPVT V.

De lancea militis, qua latus Domini apertum est.

IDem Arculphus nihilominus & illam conspexit lanceam militis, qua lancea latus Domini in Cruce pendentis ipse percusserat. Hæc eadem lancea, in poritcu illius Constãtini Basilicę inserta habetur in cruce lignea, cuius hastile in duas intercisum est partes. Quam similiter Hierosolymitana frequentans osculatur & veneratur ciuitas.

CAPVT

*Beda Cap. II.

*IN loco illo, quo Abraham altare ad immolandum filium construxit, mensa est lignea non parua, in quam pauperum eleemosynæ solent à populo deferri. Singula, quæ dixi, vt manifestius agnosceres, etiam præ oculis depingere curaui.**

Desunt ista pictura in Edit. Beda, quas ego quidem vidi. Eas iam suprà exhibui.

CAPVT VI.

De Sudario, quo caput Domini sepulti contectum est.

DE illo quoq; sacrosancto Domini Sudario, quod in sepulchro super caput ipsius erat positum, sancti Arculfi relatione cognoscimus; qui illud proprijs inspexit obtutibus; hanc quam nunc *caraxamus narrationem, totus Hierosolymitanus populus veram esse protestatur. Plurimorum namq; testimonio fidelium Hierosolymorum ciuium, hanc pronunciationem sanctus Arculfus didicit, qui sic, ipso intentius audiente, sæpius pronunciarunt dicentes.

** Scribimus charaxo à Græco χαράττω, Posterioribus seculis formatum.*

Ante anos fermè trecentos sacrosanctum linteolum, (quod quidam satis idoneus credulus Iudæus, de sepulchro Domini, statim post eius Resurrectionem furatus, multis diebus apud se occultauit) ipso Domino donante, post multorum circulos annorum repertum in notitiam totius populi venit. Ille igitur felix & fidelis fur Dominicum Sudarium, quod inprimis furanter abstulit, in extremis constitutus, duobus filijs manifestans accersitis detulit, dicens. O filioli mei, nunc optio vobis datur. Dicat ergò quisq; è duobus, quid potius optare desideret vnus, vt & ego indubitanter scire queam, quis ex vobis erit, cui iuxta propriam opinionem aut omnem substātiam meam, quam habeo, commēdare debeam, aut hoc solummodo sacrum Domini Sudarium. Quibus auditis, vnus optauit, genitoris diuitias accipere vniuersas, & suscepit eas iuxta promissionem, sub testamento sibi commēdatam. Sed mirum, omnes diuitiæ & omnia patrimonia, propter quæ Sudariū Domini vendidit, decrescere

*Beda Cap. II.

IN platea, quæ Martyrium & Golgotha continuat, exedra est, in quâ calix Domini scriniolo reconditus, per operculi foramen, tangi solet, & osculari. Qui argenteus calix duas hinc & inde habens ansulas, sextarij Gallici mensuram capit: in quo est & illa spongia Domini potus ministra: Lancea militis inserta habetur in cruce ligneâ, in porticu Martyrij, cuius hastile in duas intercisum partes, à totâ veneratur ciuitate.

Exedra à sedibus nomen habet: hic capi videtur pro Oratorio seu sacello: nam Exedra, apud Vitruuiũ, lib. 5. & apud Ciceronem lib. 3. de Oratore, ædiculã disputationib. & studijs destinatam significat. Potuit ergo haud inscitè ab Adamanno & Beda transferri ad locum precibus fundẽdis & sacris Reliquijs asseruãdis dedicatum, imò suprà in Indice capitulorum, Exedra ista expreßè appellatur Ecclesia.

scere cœperunt, & vniuersa, quæ habebat, diuersis cladibus perdita ad nihilum redacta sunt. Alter verò supradicti beati furacis filius beatus, sudarium Domini omnibus prætulit patrimonijs; ex qua die illud de manu morientis accepit genitoris, magis ac magis crescens, DEO donante, terrenis etiam opibus est ditatus, nec fraudatus est cœlestibus.

Et ita Dominicum Sudarium, Patres filijs de eiusdẽ ter beati hominis semine nati, quasi hæreditario iure fideles fidelibus, secundum eorum prosapiæ seriem, fideliter vsque ad quintam commendabant generationem. Sed post quintæ generationis tempora, annorum multis processibus transactis, eiusdem generationis deficientibus hæreditarijs fidelibus, sacrum linteolum in manus quorundam infidelium Iudæorũ deuenit. Qui licet indigni tali munere, illud honorificè tamen amplexi sunt, diuina donante largitione, nimis diuersis locupletati opibus, diuites facti sunt. Iudæi verò credentes, ortâ in populo de Sudario Domini certa naratione, cœperunt cum infidelibus Iudæis de sacro illo linteamine fortiter contendere, totis viribus illud appetentes in manus accipere. Quæ subnixa contentio, Hierosolymitanam plebem in duas dirimit partes, hoc est, fideles credulos, contra infideles incredulos. Vnde & Sarracenorum Rex nomine* Maiuuias ab vtrisq; interpellatus partibus, ad eos incredulos Iudæos, qui Sudarium Domini pertinaciter retinebant, præsentibus Christianis Iudæis, inter vtrosq; diiudicans, ait: Sacrum quod habetis linteolum, date in manum meam. Qui Regis verbo obtemperantes, illud de scrinio proferentes, Regis in sinum deponunt.

C. M. Nauias.

Quod cum summâ reuerentiâ suscipiens Rex, in plateâ coram omni populo rogum fieri iussit. Quo nimia inflam-

*Beda Cap. V.

*SVdarium capitis Domini post resurrectionem eius, mox Christianißimus quidam Iudæus furatus, vsq; ad obitum diuitijs affluentibus habuit. Qui moriturus interrogat filios, quis Domini Sudarium, quis cæteras patris velit accipere diuitias. Maior thesauros rerum, minor elegit Sudarium. Et mox illi decrescunt opes vsq; ad paupertatem: fratri autem cum fide crescunt & opes; quod vsq; ad quintam generationem fideles tenuere. Hinc ad impios perueniens, diuitias tantùm auxit, vt Iudæis; & hoc multo tempore, donec post longa litigia, quibus Christiani Iudæi se Christi: infideles verò se patrum suorum affirmabant hæredes, Mauuuius Saracenorum Rex, qui nostra ætate fuit, iudex postulatur. Qui accensa grandi pyra Christum iudicem precatur, qui hoc pro suorum salute super caput habere dignatus est. Missum ergò in ignem Sudarium veloci raptu effugiens euolat, & in summo aëre diutißimè quasi ludendo *volucritans: ad vltimum cunctis vtrimq; intuentibus, sese leuiter in cuiusdam de Christianâ*

* Volitans.

 plebe

inflammatione ardente, surgens, & ad rogum accedens, eleuatâ voce ad vtrasq; dixit partes: Nunc Christus mundi Saluator, passus pro humano genere, qui hoc, quod nunc in sinu contineo sudarium, in sepulchro suo super caput habuit positum, inter vos de eodem linteo contēdentes, per flammam iudicet ignis, vt sciamus, cui parti horum duorum exercituum contentiosorum, hoc tale donum condonare dignetur; & hoc dicens, sacrum Domini sudarium proiecit in flammas. Quod nullo modo ignis tangere potuit; sed integrum & incolume de rogo surgens, quasi auis, expansis alis cœpit in sublime volare, & vtrasq; dissidentes contra se partes populi, quasi in procinctu belli confertas sedentes acies de summis prospiciens duas, in vacuo aëre per aliquorum interuallum momentorum circumuolans, *proinde paulatim descendens, DEO gubernante, ad partem Christianorum, interim Christum iudicem exorantium, declinans, in eorum sinu consedit. Qui DEO gratias leuatis ad cœlum manibus agentes, cum ingenti lætitiâ ingeniculantes, sudarium Domini cū magna honorificentia suscipiunt, ad se cœlo venerabile emissum domum, hymnificasque laudes donatori eius Christo referunt, & in scrinio Ecclesiæ, in alio inuolutum linteamine recondunt. Quod noster frater Arculfus alia die, de scrinio eleuatum vidit, & inter populi multitudinem illud osculantes & ipse osculatus est in Ecclesiæ conuentu, mensuram longitudinis, quasi octonos habens pedes.
De quo dicta sufficiant.

* deinde.

CA-

plebe sinum deposuit, quod mane mox totus populus summa veneratione salutabat & osculabatur. Habebat autem longitudinis pedes octo.

*Beda

CAPVT VII.

* De linteo, quod, vt fertur, sancta Maria contexuit.

ALiud quoq; linteamen maius Arculfus in eâdem Hierosolymitana ciuitate vidit, quod vt fertur, sancta Maria*contexuit,& ob id magna reuerentia in Ecclesia habitum totus veneratur populus. In quo videlicet linteo duodecim Apostolorum * formulæ habentur intextæ, & ipsius Domini imago figurata, cuius linteaminis vna pars rubei coloris, & altera è regione in altero latere viridis habetur.

C. M. texit.

* imagines.

CAPVT VIII.

De illa columna sublimi, in loco illo sita, vbi cruce Domini superposita, iuuenis mortuus resurrexit.

DE aliâ valdè*sublimi columnâ, quæ in locis sanctis, ad septentrionem, in medio ciuitatis stans, pergentibus obuia habetur, breuiter dicendũ est. Hæc eadem columna in eo statuta loco, vbi mortuus iuuenis cruce Domini superpositâ reuixit; mirum in modum in æstiuo solstitio, meridiano tempore, ad centrum cœli sole perueniente, vmbram non facit; Solstitio autem transmisso, quod est VIII. Calend. Iulij, ternis diebus interiectis, paulatim decrescente die, vmbram facit, primùm, breuem, deinde, processu dierum, longiorem. Hæc itaq; columna, quam solis claritas in æstiuo solstitio meridianis horis, stantis in centro cœli è regione desuper

* M. S. Summa.

Beda Cap. V.

ALiud quoq; aliquanto maius linteum in Ecclesia illa veneratur, quod fertur à sancta Maria contextum, duodecim Apostolorum & ipsius Domini continens imagines, vno latere rubro, & altero viridi.

Beda Cap. III.

IN medio autem Hierusalem, vbi, cruce Domini superposita, mortuus reuixit, columna celsa stat, quæ æstiuo solstitio vmbram non facit; vnde putant ibi mediam esse terram, & historicè dictum: Deus autem ante secula operatus est salutem in medio terræ. *Quæ ductus opinione*

Vide Prolegomena.

Psalm. 73.

super circumfulgens ex omni parte circumfusa perlustrat Hierosolymam, & orbis in medio terræ sitam esse protestatur; vnde & psalmographus propter sancta Passionis & Resurrectionis loca, intra ipsam Æliam, continenter vaticinans canit. *DEVS autem Rex noster, operatus est salutem in medio terræ*, hoc est, in Hierusalem, quæ mediterranea, & vmbilicus terræ dicitur.

Psalm. 73.

CAPVT IX.

De Ecclesia sanctæ Mariæ in valle Iosaphat fabricata, in qua monumentum eius habetur.

SAnctorum locorum sedulus frequentator Arculfus, sanctæ Mariæ Ecclesiam in valle Iosaphat frequentabat, cuius dupliciter fabricatæ, inferior pars sub lapideo tabulato mirabili rotundâ est structurâ fabricata, in cuius Orientali parte altare habetur: ad dexteram verò eius partem, sanctæ Mariæ Saxeum inest cauum sepulchrum, in quo aliquando sepulta pausauit. Sed de eodem sepulchro, quomodo vel quo tempore, aut à quibus personis sanctum corpusculum eius sit sublatum, & quo loco resurrectionem expectet, nullus, vt fertur, pro certo scire potest homo. Hanc inferiorem rotundam sanctæ Mariæ Ecclesiam intrantes, illam vident petram ad dextram parieti insertam, super quam Dominus in agro Gethsemani in illa nocte, qua tradebatur, à Iuda in manus Iudæorum, flexis orauit genibus, ante horam traditionis eius; in quâ videlicet petrâ duorum vestigia genuum eius; quasi in molli cera profundius impressa videntur. Ita nobis noster frater Arculfus pronunciauit, sancto-

nione Victorinus Pictauiensis Antistes Ecclesiæ, de Golgotha scribens, ita inchoat.

Est locus, ex omni medium, quem credimus, orbe,
Golgotha Iudæi patrio cognomine dicūt.

Beda Cap. VI.

IN eadem valle sanctæ Mariæ rotunda est Ecclesia, lapideo tabulato discreta, cuius in superioribus quatuor altaria, in inferioribus vnum habetur in Orientali plaga, & ad eius dexteram monumentum vacuum, in quo sancta Maria aliquandiu pausasse dicitur, sed à quo, vel quando sit ablata, nescitur. Hanc intrantes videt ad dexteram insertam parieti petram, in qua Dominus nocte, qua tradebatur, orauit, vestigijs genuum quasi ceræ molli impressis.

sanctorum visitator locorum, qui hæc, quæ nos describimus, proprijs conspexit oculis. In superiore igitur atque rotunda Ecclesia sanctæ Mariæ quatuor altaria inesse monstrantur.

CAPVT X.

*De turre Iosaphat in eadem constructa valle, & de monumentis Simeon & Ioseph.

IN eadem supra memorata valle, non longè ab Ecclesia sanctæ Mariæ, Turris Iosaphat mõstratur, in qua ipsius sepulchrũ cernitur, cui videlicet Turriculæ, quædam lapidea domus ad dextram cohæret partem de rupe excisa & separata Montis Oliueti, in qua intrinsecus ferramentis cauata duo monstrantur sepulchra sine aliquo ornatu, quorum vnum illius Simeonis iusti viri est, qui infantulum Dominum Iesum in templo ambabus manibus amplexus, de ipso prophetizauit; alterum verò æquè iusti Ioseph, Sponsi sanctæ Mariæ & Domini IESV nutritoris.

CAPVT XI.

De Spelunca in rupe montis Oliueti habita, contra vallem Iosaphat, in qua quatuor mensæ; & putei duo.

IN latere montis Oliueti, quædam inest spelunca, haud procul ab Ecclesiâ sanctæ Mariæ in eminentiori loco posita, contra vallem Iosaphat, in quâ duo profundissimi habentur putei, quorum vnus sub monte in altum infinitâ

*Beda Cap. cit.

IN hac (valle) turris (est) regis Iosaphat, sepulchrum eius continens: cuius ad dextram de rupe montis Oliueti, excisa & separata domus, duo cauata habet sepulchra, hoc est, Simeonis Senis, & Ioseph sanctæ Mariæ sponsi.

finitâ profunditate productus, descenditur, alter vero in speluncæ pauimento, cuius vastissima, vt fertur, cauitas est, in profundum demersa, descendens recto tractu dirigitur. Qui duo putei semper clauduntur. In eadem speluncâ quatuor insunt lapideæ mensæ, quarum vna est iuxta introitum speluncæ ab intus sita, Domini IESV; cui procul dubio mensulæ sedes ipsius adhæret, vbi cum duodenis Apostolis simul ad alias ibidem habitas mensas sedentibus, & ipse conuiua aliquando recumbere solitus erat. Illius putei os conclusum, quem in pauimento speluncæ inesse supra scripsimus, Apostolorum mensas propius habere monstratur. Huius speluncæ portula ligneo, vt fert S. Arculfus, clauditur ostio, qui eandem speluncam sæpius frequentauit.

CAPVT XII.

De portâ Dauid, & de illo loco, in quo Iudas Iscariotes laqueo se suspendit.

PORta Dauid, monti Sion molli cliuo ab Occidentali parte adhæret; per eandem de ciuitate egredientibus portam, & montem Sion proximũ ad sinistram habentibus, pons lapideus occurrit, eminus per vallem in Austrum recto tramite directis arcubus suffultus. Ad cuius medietatem ab occasu ille vicinus habetur locus, vbi Iudas Iscariotes desperatione coactus, laqueo se suspẽdens disperijt. Ibidem grandis hodieq; monstratur ficus, de cuius vertice illaqueatus pependit, vt de ipso Iuda Iuuencus Presbyter Versificus cecinit, dicens:

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

CAPVT

*Beda Cap. IV.


Portam Dauid egredientibus, fons occurrit in austrum per vallem directus, ad cuius medietatem ab occasu, Iudas se suspendisse narratur. Nam & ficus magna ibi, & vetustissima stat, iuxta quod Iuuencus ait:

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

CAPVT XIII.

De formâ grandis Basilicæ in monte Sion fabricatæ & de ipsius montis situ.

ET quia prius montis Sion intercessit mentio, de quâdam Basilicâ in eo constructa, quædam breuiter succincteq; intimanda sunt, cuius sic describitur formula.



A. Locus cœnæ Dñi.
B. Hic Spiritus sanctus super Apostolos descendit.
C. Hic columna marmorea stat, cui Dominus adhærens flagellatus est.
D. Hic S. Maria obijt.
E. Porta.

Hic petra monstratur supra quam Stephanus lapidatus extra ciuitatem obdormiuit. Extra hanc superius descriptam grandem Ecclesiam, quæ interius talia sancta complectitur loca, alia memorabilis extat, ad Occidentalem partem,* petra, supra quam creator noster à creatura sua, heu, flagellatus est. Hæc itaq; Apostolica Ecclesia, vt supra dictum est, montis Sion superiore campestri planitie, lapidea est fabricata structura.

* M. S. C. statua.

CAPVT XIV.

De agello, qui Hebraicè Acheldemach vocatur.

Hunc

*Beda Cap. IV.

IN superiori montis Sion planicie, monachorũ cellulæ frequentes Ecclesiam magnam circumdant, illic (vt perhibent) ab Apostolis fundatam, eo, quod ibi Spiritum sanctum acceperint, ibiq; sancta Maria obierit. In quâ etiam locus cœnæ Domini venerabilis ostenditur. Sed & columna marmorea in medio stat Ecclesiæ, cui adhærens Dominus flagellatus est. Huius ergo Ecclesiæ talis dicitur esse figura. Hic monstratur petra, super quam lapidatus est sanctus protomartyr Stephanus, extra ciuitatem.

HVnc paruulum agellulum ad Australem montis Sion partem situm noster Arculfus sæpe frequentans, visitabat, lapidum maceriam habentem, in quo diligentius plurimi humantur Peregrini, alij verò aut pannis, aut pelliculis tecti negligentius relinquuntur inhumati super terræ faciem putrefacti iacentes.

CAPVT XV.

De asperis & petrosis locis ab Hierusalem vsq; ad ciuitatem Samuelis, late patentibus & vsq; ad Cæsaream Palæstinæ, occasum versus succedentibus.

AB Æliâ septentrionem versus vsq; ad ciuitatem Samuelis, quæ * Armathen nominatur, terra petrosa & aspera, per quædam monstratur interualla. Valles quoq; * spinosæ vsq; ad Thamniticam regionem patentes. Altera verò à supra dictâ Æliâ, & monte Sion qualitas regionum monstratur, vsq; ad Cæsaream Palestinæ versus occasum. Nam quamuis aliqua ibi sint angusta, breuia, & aspera loca interposita, præcipue tamen latiores plani monstrantur campi, interpositis oliuetis lætiores.

* *Arimathia.*
* *C. M. S. spinosæ.*

CAPVT XVI.

De monte oliuarum, & de altitudine & qualitate terræ illius.

ALiarum arborum genera, exceptis vitibus & * oliuis, in monte oliueti, vt refert S. Arculphus, rarò reperiri possunt: segetes vero frumenti & hordei

* *C. M. S. oliueti.*

Beda Cap. IV.

Porrò Acheldemach ad Auſtralem plagam montis Sion, peregrinos & ignobiles mortuos hodie quoq; alios terrâ tegit, alios inhumatos putrefacit.

*Beda Cap. VI.

Circa Hieroſolymam, aſpera & montuoſa cernuntur loca, hinc quoq; ſeptentrionem verſus vſq; ad Arimathiam terra petroſa & aſpera per interualla monſtratur: valles quoq; ſpinoſæ vſq; ad Thaniticam regionem patentes: Ad Cæſaream verò Paleſtinæ ab Ælia, quamuis aliqua reperiantur anguſta & breuia aſpera loca, præcipua tamen planities camporum interpoſitis Oliuetis.

in eâ valle lætè consurgũt, neq; enim ruposa, sed herbosa illius terræ qualitas demonstratur. Altitudo autem eius æqualis esse altitudini montis Sion videtur, quamuis mons Sion, ad montis oliueti comparationem, in Geometriæ dimensionibus, latitudine videlicet, & longitudine paruus, & angustus videatur. Inter hos duos mõtes vallis Iosaphat, de qua superius dictum est, media interiacet, à septentrionali plaga in australem porrecta partem.

CAPVT XVII.

*De loco Dominicæ ascensionis, & de Ecclesia in eo ædificata.

IN isto monte Oliueti, nullus locus altior esse videtur illo, de quo Dominus ad cœlos ascendisse traditur. Vbi grandis Ecclesia rotunda stat, ternas per circuitum cameratas habens porticus, desuper tectas. Cuius videlicet rotundæ Ecclesiæ interior domus, sine tecto, & sine camerâ, ad cœlum sub aëre nudo aperta patet; in cuius oriẽtali parte altare sub angusto protectũ tecto constructũ exstat. Ideo itaq; interior illa domus cameram supra collocatam non habet, vt de illo loco, in quo postremum diuina institerant vestigia, cum ad cœlum dominus in nube sublatus est, via semper aperta, & ad æthera cœlorum directa, oculis in eodem loco exorantium pateat: nam cum hæc de qua pauca commemorantur, Basilica fabricaretur; idem locus vestigiorum Domini, vt alibi scriptum est repertum, continuari operimẽto cum reliqua stratorum parte non potuit; siquidem quæcunq; applicabantur insolens humana suscipere terra respuebat in ora apponentium excussis mox prioribus. Quin etiam

Beda Cap. VII.

MOns Oliuarum mille ab Hierusalem discretus passibus, altitudine monti Sion par est: Sed latitudine & longitudine præstat, exceptis vitibus & oliuæ, rara ferax est arboris, frumenti quoque & hordei fertilis. Neque enim ruposa, sed herbosa & florida soli illius est qualitas.

Hæc & quæ sequuntur de Monte Oliuarum & loco Ascensionis Dominicæ exscripsit quoque Beda lib. 5. Histor. Angl. cap. 18.

*Beda Cap. VII.

IN cuius (Montis Oliuarum) summo vertice, vbi Dominus ad cælos ascendit, Ecclesia rotunda grandis; ternas per circuitum cameratas habet porticus desuper tectas. Interior namque domus propter Dominici corporis meatum, camerari & tegi non potuit; altare ad Orientem habens angusto culmine protectum: in cuius medio vltima Domini vestigia, cælo desuper patente, vbi ascendit, visuntur. Quæ, cum quotidie à credentibus terra tollatur, nihilominus

 manent.

etiam calcati pulueris à Deo perenne documentum est, vt vestigia cernantur impressa, & cũ quotidie confluentium fides à Domino calcata diripiat, damnum tamen area non sentit; & eandem adhuc sui speciem, veluti impressis signata vestigijs terra custodit.

In eodem igitur loco, vt sanctus refert Arculphus, sedulus eiusdem frequentator, ærea grandis per circuitum rota, desuper explanata, collocata est, cuius altitudo vsq; ad verticem haberi monstratur mensurata. In cuius medietate non parua patet pertusura, per quam desuper apertam vestigia pedum Domini plane & lucidè in puluere impressa demonstrantur. Illa quoq; in rotâ, ab occidentali parte, quasi quædam semper patet porta, vt per eam intrantes facilè adire locum sacrati pulueris possint, & per apertum desuper foramen eiusdem rotæ, de sacro puluere, porrectis manibus, particulas sumunt.

Igitur nostri Arculfi de loco vestigiorum Domini narratio cum aliorum scriptis rectè concordat, quod nec culmine domus, nec aliquo speciali inferiore, & viciniore tegmine vllo modo protegi potuerit, vt semper manifeste, ab vniuersis eius frequentatoribus conspiciatur, & Dominicorum vestigia pedum, in eiusdem loci puluere depicta clarè demonstrentur. Hæc eadem vestigia, ingentis claritudine lampadis supra eandem rotam in trochleis pendentis die & nocte flammantis illuminantur.

Illius itaq; suprà memoratæ Ecclesiæ rotundæ in Occidentali parte bis quaternales supernè fabricatę habentur fenestræ, valuas habentes vitreas. Quibus vtiq; fenestris eiusdem numeri viciniæ lampades intrinsecus è regione in funibus pendentes ardent. Quæ videlicet lampades sic collocatę sunt, vt vnaquæq; lampas nec superius nec inferius, sed quasi adhærens eidem videatur fenestræ,

manent, eandemq; adhuc speciem sui, velut impreßis signata vestigijs, seruant. Hæc circa area rota iacet, vsq; ad verticem vel ceruicem alta; ab occasu habens introitum, pendente desuper in trochleis magna lampade, totâq; die ac nocte lucente.

In Occidentali eiusdem Ecclesiæ parte, fenestræ octo, totidemq; è regione lampades in funibus pendentes; vsq; Hierosolymam lucent, quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate & compunctione pauefacere dicitur.

*Beda

fenestræ, cui interius è regione propinqua specialiter cernitur: quarum vtiq; lampadum in tantũ claritas refulget, vt earum lumine, quasi de superiori Montis Oliueti loco coruscantium per vitrum abundanter effuso; non tantum ea eiusdem montis pars, quæ occasum versus eidem adhæret rotundæ & lapideæ Ecclesiæ, sed etiã ciuitatis Hierosolymæ de valle Iosaphat ascensus per quosdam gradus in altum sublimatus, clarè, quamlibet in tenebrosis noctibus mirabiliter illustretur, & maior eiusdem pars vrbis anterior è regione positæ similiter eadem illuminetur claritudine.

Hæc fulgida & prædicabilis octonalium magnarum coruscatio lucernarum de Monte sancto & de loco Dominicæ Ascensionis noctu refulgentium, maiorem, vt Arculphus refert, diuini amoris alacritatem credulorũ respicientium cordibus infundit, quendamq. pauorem menti cum ingenti interna compunctione inijcit.

Sed & hoc nobis non esse tacendum videtur, quod sæpe memoratus Arculphus de hac eadem rotunda Ecclesia mihi diligentius interroganti retulit, dicens: In anniuersaria diei Dominicæ Ascensionis solennitate per omnes annos validissimi flaminis procella, meridianis horis, post peracta in eadem Basilica sacrosancta Missarum solennia, forti impetu irruere in tantum solet, vt nullus hominum stare, * etiam sedere in illa Ecclesia, & in vicinis locis quoquo possit modo, sed omnes superstrati iacent, donec illa terribilis procella pertranseat. Huius terrifici flatus causa facit, vt illa pars domus habere cameram non possit supra locum impressorũ Domini vestigiorum, quæ in supradicta rotunda Ecclesia, per medium foramẽ apertè monstrantur; sed ad cœlum semper patefacta appareat: nam quascunq; materias desuper

* vel.

super

IN die Ascensionis Dominicæ, per annos singulos, Missa peracta, validi flaminis procella, desursum venire consueuit, & omnes, qui in Ecclesia fuerint, terræ prosternere. Tota ibi illa nocte lucernæ ardent, vt non illustrari tantum, sed & ardere mons, & supposita loca videantur. Et huius quoq; Basilicæ figuram præ oculis depingere placuit.

In editionibus Beda deest hæc figura.



super ad cameram componendam aliqua manus humanæ ars ædificare conabatur, supra memorati diuinitus emissa venti validitas distrahebat. De hac itaq; formidabili procella sanctus Arculphus taliter nobis enarrauit; qui eadem hora, qua in die Dominicæ Ascensionis ille validissimus irruit flatus, & ipse præsens in eadem Ecclesia Oliueti interfuit Montis, cuius videlicet rotundæ Ecclesiæ figura, vili quamuis pictura sic depicta declaratur; æreæ nec non in eius medietate collocatæ rotæ formula hac descriptiuncula demonstratur subiecta.



Sed & hoc sancti Arculphi didicimus relatione, quod in eadem rotunda Ecclesia ad consuetum octo supra memoratarum noctu intrinsecus refulgentium lucernarum (numerum) propè innumerabiles in nocte festiua Dominicæ, aliæ adijci soleant lampades, quarũ terribili & admirabili coruscatione per vitreas fenestrarum valuas abundanter effusa, mons olíueti non solum illuminari, sed etiam ardere totus videtur, totaq; ciuitas illustrari in humiliore vicino sita loco.

CAPVT

★Beda Cap. VII.

MOnumentum Lazari Ecclesia ibidem exstructa demonstrat, & monasterium grãde in campo quodam Bethaniae, magnâ oliuarũ sylua circumdatum. Est autem Bethania quindecim stadijs ab Hierusalem.

CAPVT XVIII.

De sepulchro Lazari, & Ecclesia super illud constructâ.

ARculfus sanctorum supra memoratorum frequentator locorum quendam Bethaniæ campulum, magna Oliuarum sylua circumdatum visitauit, vbi grande inest monasterium, & grandis Basilica super illam ædificata speluncam, de quâ Dominus quadriduanum suscitauit Lazarum.

CAPVT XIX.

De alia Ecclesia, ad dexteram Bethaniæ partem constructa; in qua Dominus ad discipulos sermonem habuit.

DE aliâ celebriore Ecclesiâ ad australem Bethaniæ partem, in eo montis Olìueti loco fundatâ, in quo Dominus ad discipulos sermonē habuisse dicitur, breuiter scribendum arbitramur. Hinc non negligenter inquirendum est, qualem sermonem, & quo tempore, vel ad quas speciales personas discipulorum sit Dominus locutus. Quæ tria, si trium Euangelia scriptorum aperire voluerimus, Matthæi, Marci, & Lucæ; nobis manifestè clarebunt; qui de sermonis qualitate concinentes loquuntur. De loco ipsius conuentionis nemo dubitare poterit nec de sermonis forma, qui Matthæi Euangelium legit, vbi de Domino, ipse commemorat Euangelista dicens: *Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes. Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi.*

Matth. 24.

De

Beda Cap. VII.

TErtia quoq; eiusdem montis ad Australem Bethaniæ partem Ecclesia est, vbi Dominus ante passionem discipulis de die iudicij loquitur.

De personis interrogantium hic Matthæus tacuit, sed Marcus non tacuit, qui ita scripsit: *Interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas.* Quibus interrogantibus respondens, qualitatem habiti sermonis, iuxta tres commemoratos Euangelistas ostendit, ita dicens: *Videte, ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus, &c.* Sequentia de nouissimis temporibus, & sæculi consummatione, quæ Matthæus prolixo sermone prosequitur, vsq; ad eum locum, quo & de tempore huius manifestè idem Euangelista ex verbis Domini protracti sermonis ostendit, dicens: *Et factum est, cum consummasset IESVS sermones hos, dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis traditur, vt crucifigatur.* Apertè ergo ostenditur, Dominum in die quartæ feriæ biduo restante vsq; ad primam Azymorum, quæ dicitur Pascha, supra memoratum sermonem prolixum, ad interrogantes fuisse locutum supra dictos discipulos. In loco itaq; habiti sermonis superius memorata, ob recordationem fundata Ecclesia, in magnâ habetur honorificentiâ.

Marc. 13. *Ibid.* *Matth. 26.*

Hucusq; de locis sanctis Hierosolymitanæ ciuitatis, & montis Sion, montisq; Olìueti, & vallis Iosaphat interiacentis, iuxta S. Arculfi, eorundem frequentatoris locorum certam sufficiat descripsisse narrationem.

Explicit liber primus, de situ locorum sanctorum.

Incipit

Incipit liber ſecundus cum capitibus.

XI. De

LIBRI SECVNDI DE LOCIS SANCTIS.

CAPVT I.

De Bethlehem ciuitatis situ.

* IN huius nostri secundi libelli exordio de situ Bethlehẽ ciuitatis, in quâ noster Saluator ex Virgine sancta nasci dignatus est, aliqua breuiter caraxanda sunt. Quæ ciuitas nõ tam situ grandis, sicut nobis Arculfus retulit, qui eam frequentauit, quàm famâ prædicabilis per vniuersarum gentium Ecclesias diffamata, in dorso sita est angusto, vndiq; ex omni parte vallibus circumdato; quod vtiq; terræ dorsum ab Occidentali plagâ in Orientalem partem, quasi mille passibus porrigitur. In cuius campestri planitie superiore, humilis sine turribus murus in circuitu, per eiusdem monticuli extremitatis superciliũ constructus, valliculis hinc & inde circumiacentibus supereminet, mediâque intercapedine intra murum per longiorem tramitem, habitacula ciuium sternuntur.

CAPVT II.

* De loco Natiuitatis Domini.

IN eiusdem verò ciuitatis Orientali, & extremo angulo, quædam quasi naturalis dimidia inest spelunca, cuius interior vltima pars præsepe Domini nominatur, in quo natum puerum reclinauit mater. Alius verò supra

*Beda Cap. VIII.

BEthlehèm sex millibus in austrum ab Hierosolyma secreta, in dorso sita est angusto, ex omni parte vallibus circumdato, ab Occidente in Orientem mille passibus longa, humili sine turribus muro, per extrema plani verticis instructo.

Eadem fermè ex Adamanno recitat Beda, lib. 5. Histor. Anglorum. cap. 17.

*Beda Cap. VIII.

IN cuius orientali angulo, quasi quoddam naturale semiantrum est, cuius exterior natiuitatis Dominicæ fuisse dicitur locus, interior Domini Præsepe nominatur. Hæc spelunca tota in-

supra dicto contiguus præsepio, introeuntibus propior locus, propriè Natiuitatis Dominicæ traditur fuisse. Illa ergò Bethlehemitica spelunca præsepis Dominici, tota intrinsecus, ob ipsius Saluatoris honorificentiam, marmore adornata est pretioso. Cui vtique semiantro super lapideum cœnaculum, sanctæ Mariæ Ecclesia, supra ipsum locum, vbi Dominus natus specialius traditur, grandi structura fabricata & fundata est.

CAPVT III.

De illâ petrâ extra murum sita, super quã aqua primæ lauationis eius post Natiuitatem effusa est.

DE illâ petra extra murum posita, super quam aqua primæ post Natiuitatẽ, Dominici ablutionis corpusculi, de muri summitate inclinato, in quo fuit effusa, vasculo, commemorandum æstimo, quæ sacri lauacri aqua de muro effusa, in petrâ inferius iacente, quasi quâdam naturâ cauatam inuenit fossam; quæ eâdem vndula in primo Dominico repleta est Natalitio, ex eâdem die ad nostra vsq; tempora, per multos sæculorũ circuitus, purissimâ plena monstratur limpha, sine vlla defectione vel diminutione, nostro Saluatore hoc miraculum à die Natiuitatis suæ peragente, de quo Propheta canit: *Qui eduxit aquam de petra.* Et Apostolus Paulus: *Petra autem erat Christus,* qui de durissimâ, contra naturam, petra, in deserto, sitienti populo cõsolatoriam produxit vndam. Idem ipse *est Dei virtus, & Dei sapientia,* qui & de Bethlehemitica illâ petrâ aquam eduxit, & eius lacunam plenam semper Limphis conseruat, quam noster Arculfus proprijs obtutibus conspexit, & in ea faciẽ lauit.

Psalm. 77.
1. Cor. 10.

CAPVT

terius specioso marmore tecta, supra ipsum locum, vbi Dominus natus specialiter traditur, sancta Maria grandem gestat Ecclesiam.

*Beda Cap. VIII.

PEtra iuxta murum cauata, primum Dominici corporis lauacrum de muro missum suscipiens, hactenus seruat: quæ si qua fortè occasione vel industria fuerit exhausta, nihilominus continuò dum respicit, sicut ante fuerat plena, redundat.

*

CAPVT IV.

De illâ Ecclesiâ, in quâ Dauidicum conspicitur monumentum, & S. Hieronymi.

ARculfus de sepulchro Dauid Regis à me interrogatus, hoc nobis responsum dedit, inquiens, sepulchrum Dauid in terrá humati, ego ipse non negligenter inquirens, frequentabam, quod in parte media pauimenti Ecclesiæ, sine aliquo habetur superposito ornamento humilem lapideam habens pyramidem, & lãpadem superpositam semper clare lucentem. Hæc ergò Ecclesia extra ciuitatis murum in valle contigua est collocata, quæ Bethlemitico in parte aquilonari monticulo cohæret.

De sepulchro quoque S. Hieronymi simili solicitudine nobis inquirentibus, Arculfus sic ait: Sepulchrũ S. Hieronymi, de quo inquiritis, ego conspexi, quod in illa habetur Ecclesia, quæ extra eandem ciuitatem in valle est fabricata; quæ in meridiano latere sita, supra memorati dorso monticelli est contermina Bethlehemitici. Quod videlicet Hieronymi sepulchrum simili opere, vt Dauidicum monumentum, compositum, nullum ornatum habet.

Hæc intelligenda videntur de aliquo Dauidis Cenotaphio, vt monet quoque Adrichomius in Theatro: nam verum sepulchrum Dauidis, fuisse Hierosolymis in monte Sion, communis habet sententia & probatur ex illo S. Petri, Actor. 2. Sepulchrum eius apud nos est vsque in hodiernum diem. *loquebatur autẽ hæc S. Petrus Hierosolymis. Ad Bethlehemiticum Cenotaphium allusisse videtur Epistola 17. inter Hieronymianas; quæ nomine Paulæ & Eustochij scripta, istis verbis:* Inde ad pastorum caulas pergere, in Dauid orare Mausoleo *vbi sepulchrum Dauidis, cum monumento pastorum quibus Angeli, nato Domino, apparuerunt, tanquam vicinum quid coniungitur. S. Hieronymus in Locis Hebraicis, de Bethlehem loquens:* Vbi & sepulchrum Iesse & Dauid ostenditur.

CAPVT V.

* *De monumentis illorum trium pastorum, quos*

*Beda Cap. VIII.

AD Aquilonem Bethlehem in valle contigua, sepulchrum Dauid in medio Ecclesiæ humili lapide tegitur, lampade superposita: ad Austrũ verò in valle contigua in Ecclesia, sepulchrum Hieronymi. Porrò ad Orientem in turri Ader, id est, gregis, mille passibus à ciuitate segregata est Ecclesia, trium pastorum diuinæ Natiuitatis consciorum monumenta continens. Hac relationem Arculfi Episcopi secutus, dixerim. Cæterum Esdras apertè scribit, in Hierusalem Dauid esse sepultum.

** Hic simul iuncta habes, quæ Adamannus cap. 4. 5. & 6. exequitur.*

Lib. 2. Esdra cap. 3. S. Dauidis verum sepulchrum Hierosolymis erat.

Bethlehemi Cenotaphium, seu sepulchrum honorarium: nam viros celebres huiusmodi honorarÿs monumentis honorare, mos olim ferebat. Vel Drusum Germanicum vide. qui Romæ tumulatus, Cenotaphia tamen sua habebat Rauennæ, Moguntiæ; & inter Lupiam ac Rhenum. Vide Serarium lib. 1. Mogunt. cap. 15. Dionysius Halicarn. lib. 1. de pluribus Troiani Æneæ sepulchris. Si quem perplexum facit, quod Æneæ sepulchra monstrentur multis in locis, nec possit nisi vno esse conditus, cogitet hanc dubitationem esse vulgarem, & intelligat, quod quamuis vnicus locus capiat corpora taliũ, apud multos tamen eis monumenta facta sunt, in gratiam acceptæ vtilitatis cuiuspiam.

quos nascente Domino, cœlestis circumfulsit lux.

DE monumentis illorum pastorum, quos nocte Dominicæ Natiuitatis cœlestis circũfulsit claritudo, Arculfus nobis breuem contulit relatiunculam; inquiens; trium illorum pastorum in Ecclesia tria frequentaui monumenta, iuxta lapidem grandem humatorum, quæ mille circiter passibus ad Orientalem plagam distat à Bethlehem; quos in eodem loco, nascente Domino, hoc est, prope turrim gregis, Angelicæ lucis claritas circumdedit. In quo eadem Ecclesia est fundata, eorundem pastorum continens sepulchra.

CAPVT VI.

De Sepulchro Rachel.

Genes. 35. RAchel in Ephratâ, hoc est, in regione Bethlehem, etiam liber Geneseos sepultam narrat, sed & Locorum liber in eadem regione iuxta viam, humatam refert Rachel. De quâ viâ Arculfus mihi percontanti respondens ait. Est quædam via regia, quæ ab Ælia contra meridianam plagam Hebron ducit, cui viæ Bethlehem vicina, sex millibus distans ab Hierosolymâ, ab Orientali plagâ adhæret. Sepulchrum verò Rachel in eâdem viæ extremitate, ab Occidentali parte, hoc est, in dextro latere habetur pergentibus Hebron, cohærẽs, vili operatione collocatum, & nullam habens adornationem, lapideâ circumdatum pyramide; Ibidem & nominis eius titulus hodieq; monstratur, quem Iacob maritus super illud erexit. *Genes. 35.*

CA-

*Beda Cap. VIII.

VIa regia, quæ ab Æliâ Hebron ducit, ab Oriente Bethleem, ab Occidente sepulchrũ Rachel habens; titulo nominis eius vsq; hodie signatum.

Gen. 35. Erexitque Iacob titulum super sepulchrũ eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem.

CAPVT VII.

De * Hebron.

** Chebron.*

HEbron, quæ & Mambre olim, Philistinorum metropolis & habitaculum Gigantum fuerat, & in quâ Dauid septem regnauit annis, nunc sicut Sanctus refert Arculfus murorum non habet ambitum; & quædam solummodo dirutæ olim ciuitatis in reliquijs vestigia ostendit ruinarum; vicos tamè habet quosdam vili opere cònstructos, & villas alias intra, & alias extra illas muralium reliquias destructionũ, per campestrem collocatas planitiem. In quibus videlicet vicis & villis multitudo populi habitat.

CAPVT VIII.

De valle Mambre, & de Sepulchris quatuor Patriarcharum.

Gen. cap. 23. & 50.

AB Orientali verò plagâ eiusdem Hebron à tergo occurit spelunca duplex; respiciens Mambre, quam emit Abraham ab Effron Ethæo in possessionem duplicis sepulchri. In huius ergo valle S. Arculfus locum sepulchrorũ Arbee visitauit, hoc est, quatuor Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob, & *Adam primi hominis, quorum plantæ, non sicut in alijs orbis regionibus, ad orientem humatorum conuerti moris est, sed ad meridiem versæ, & capita contra septentrionem plagam conuersa. Horum locus sepulchrorum, quadrato humili circumuenitur muro.

** Adam protoplastus in monte Caluariæ sepultus fuit. Vide Baron. Anno Christi 34. N. 112. & seqq. & Serarium in cap. 14. Iosue.*

Adam protoplastus, cui peccanti continuò post perpetratum peccatum, à DEO creatore dictum est; *terra es*

&

* Beda Cap. IX.

HEbron in campi latitudine sita est, & ab Æliâ viginti duobus millibus separata, vno ad Orientem stadio speluncam duplicem in valle habet, vbi sepulchra Patriarcharum quadrato muro circumdantur, capitibus versis ad Aquilonem: & hæc singula singulis tecta lapidibus instar Basilicæ dolatis, trium Patriarcharum candidis: Adam obscurioris & vilioris operis, qui haud longe ab illis ad Borealem extremamq; muri illius partem, pausat. Trium quoq; fœminarum viliores & minores memoriæ cernuntur.

Hæc eadem ex Adamanno refert Beda lib. 5. Hist. Ecclesiast. Angl. cap. 18.

Genes. 3. *& in terram ibis*; separatur à cæteris tribus haud longè ad Borealem partem extremus, vel quadrangulati lapidei vacui partem, non in saxeo in petrâ exciso sepulchro super terram, vt cęteri de semine eius honorati quiescunt; sed in terra humatus, humo tectus, & ipse puluis in puluerem versus, expectans resurrectionem cum vniuerso semine suo, pausat; & sic de tali sepulchro eius, ad ipsum de se ipso prolata expletur diuina sententia, & iuxta exemplum primi parẽtis sepulchri, cæteri tres patriarchæ, & ipsi vili puluere tecti, dormientes pausant; Quorum quatuor sepulchra habent circumcisas & dolatas de singulis lapidibus superpositas, quasi ad formam alicuius Basilicæ, paruas memorias fabricatas, & iuxta mensurã longitudinis & latitudinis vniuscuiusq; sepulchri formatas; Abraham, Isaac & Iacob, tria sepulchra vicina, tribus superpositis duris conditis lapidibus, ad hanc, de quâ scripsimus, * figuram formatis, vt superius diximus, proteguntur. Adam verò sepulchrum, superposito quidem, sed obscurioris lapide coloris, & vilioris operis protegitur.

** Hæc figura nõ comparet in M. S. Codice.*

Trium quoq; fœminarum viliores & minores memorias ibidem conspexit Arculfus, Saræ videlicet, Rebeccæ, & Liæ in terra humatarum. Illorum itaq; Patriarcharum sepulchralis agellus, à muro illius antiquissimæ Hebron, in vnius stadij spacio, Orientem versus, distare dignoscitur. Quæ vtiq; Hebron, vt fertur, ante omnes non solum Palęstinæ ciuitates, condita fuerat, sed etiam Ægyptiacas vniuersas vrbes, in suâ præcessit conditione; quæ nunc miserè monstratur destructa: Huc vsq; de sepulchris patriarcharum sufficiat * caraxasse. Nunc de Mambre colle.

** scripsisse.*

CA-

CAPVT IX.

* De monte & quercu Mambre.

MAmbre collis mille passibus à monumentis supra descriptis ad Boream separatus distat, herbosus valdè & floridus, respiciens Hebron ab Africo sibi occurrentem. Idem itaq; monticellus Mambre nominatus, habet in cacumine campestrem planitiem, vbi ad Aquilonarem eiusdem cacuminis partem lapidea magna fundata est Ecclesia. In cuius dextrali parte, inter duos grandes eiusdē Basilicæ parietes, mirum dictu, quercus Mambre exstat, in terrâ radicata; quæ & quercus Abraham dicitur, eo quod sub eâ quondam Angelos hospitio receperit. Quam S. Hieronymus alibi narrat, ab exordio mundi, vsq; ad Constantini Regis Imperium permansisse. Et fortassis ideo non dixit penitus defecisse, quod eadem ætate, quamuis non tota illa, sicuti prius fuerat, grandissima quercus monstrabatur, tamē aliqua pars eius permansit in suo stabilita loco.

Genes. 18.

Ex quâ, vt refert Arculfus, qui eam proprijs conspexit oculis* adhuc quidam truncus remanet spurius radicatus in terra, sub Ecclesiæ protectus tegmine mensurā quasi duorum longitudinis virorum habens. De quo videlicet corroso spurio, ex omni parte securibus circūciso, hastularum ad diuersas orbis prouincias, particulę asportantur, ob eiusdem quercus venerationem & recordationem, sub quâ, vt superius diximus, Angelorum quondam conuentio ad Abraham patriarcham, famosa & prædicabilis, fuerat * condonata; in circuitu eiusdem Ecclesiæ, quæ ibidem ob loci illius honorificentiam cōstructa habetur, pauca quædam religiosorū habitacula fabricata monstrantur. Sed de his ista sufficiant. Ad alia pergamus.

** M. S. adhuc quoddā truncatum remanet spuriū radicatū, in terra capite, & Ecclesia protectum tegmine mensurā quindecim pedum longitudinis habens virorum.*

Genes. 18.

** f. coadunata.*

CAPVT

*Beda Cap. IX.

MAmbre collis mille paßibus à monumentis his ad Boream herbosus valdè & floridus, campestrem habet in vertice planitiem, in cuius Aquilonari parte, quercus Abrahæ, duorum hominum altitudinis truncus, Ecclesia circumdata est.

CAPVT X.

* *De illo pineto, ex quo ligna in camelis ad ignis ministeria in Hierosolymis perficienda conuehuntur.*

EGredientibus de Hebron, in campi latitudine sita, ad Aquilonarem plagam; haud procul à margine viæ ad sinistram, occurrit pinosus nō grandis mons, tribus millibus ab Hebron distans. De cuius Pineto, pinea ad Hierosolymam vsq; in Camelis vehuntur ligna, ad focos nutriendos. In Camelis inquam, nam in omni Iudæa, vt Arculfus refert, plaustra vel currus rarò reperiri possunt.

CAPVT XI.

* *De Iericho.*

IEricho vrbis, quam Iesus, Iordane transmisso, subuertit, Rege illius interfecto, S. noster Arculfus conspexit locum, pro qua Oza de Bethel ex tribu Ephraim, aliam exstruxit, quam noster Saluator sua præsentia visitare dignatus est. Quæ eodem tempore, quo Hierosolymam oppugnātes obsidebāt Romani, propter ciuium perfidiam capta & destructa est, pro qua tertia condita est, quæ post multa temporū interualla & ipsa subuersa est. Cuius nunc quædam, vt Arculfus refert, ruinarum vestigia monstrantur. Mirum dictu sola domus Raab, tribus in eodem loco destructis ciuitatibus, remansit, quæ duos exploratores, quos Iosue * *Bennun* transmisit, in solario eiusdem domus suæ, lini stipula abscondit, cuius lapidei parietes sine culmine permanent. Locus verò totus vrbis, ab humanâ desertus habitatione, nullā domum

Iosue 6.
3. Reg. 16. Sic scriptum est, Ædificauit Hiel de Bethel Iericho.
Luca 19.

* *filius Nun. Iosue 2.*

*Beda Cap. IX.

EGredientibus verò Hebron ad Aquilonem, in sinistra parte via, occurrit mons pinosus, paruus, tribus millibus passuum ab Hebron, vnde Hierosolymam pinea ligna feruntur in Camelis. Nam in omni Judaeâ currus vel plaustra raró fiunt.

*Beda Cap. X.

HIericho ab Ælia, Orientem versus, nouendecim mille passibus abest, quâ tertiò ad solum destructa, sola domus Raab ob signum fidei remanet: eius enim adhuc parietes sine culmine durant. Locus vrbis segetes & vineas recipit. Inter hanc & Jordanem quinque vel sex ab ea millibus separatum, grandia sunt palmeta, campulis interpositis, & inhabitatoribus Chananaeis.

domum habens commorationis, segetes & vineta recipit. Inter locum eiusdem destructæ ciuitatis, & Iordanem fluuium grandia insunt palmeta, in quorum medio campuli interpositi habentur, in quibus quorundam Chananeæ stirpis homuncionum prope innumeræ sunt fabricatæ habitantium domus.

CAPVT XII.

* De Ecclesia in Galgalis constituta.

Iosue 4.

ARculfus memoratus grandem Ecclesiam in Galgalis fundatam vidit, in eo loco constructam, in quo filij Israel, Jordane transgresso, castra metati, primam in terrâ Chanaan mansionem habuere. In quâ videlicet Ecclesiâ, idem Arculfus illos considerauit duodenos lapides, de quibus ad Iosue Dominus, post transitum Jordanis locutus est, dicens: *Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueò, vbi Sacerdotum steterunt pedes duodecim durissimos lapides, quos deponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria.* Hos, inquam, Arculfus viderat, è quibus senos in dextra parte Ecclesiæ, in pauimento iacentes, & alios eiusdem numeri in Aquilonari, omnes impolitos & viles conspexit, quorum vnumquemq;, vt ipse refert Arculfus, huius temporis duo iuuenes, viri fortes, vix possent de terrâ subleuare. Ex quibus vnus, quo casu accidente nescitur, in duas confractus partes, iterum ferro condensatus manu artificis coniunctus est. Galgal itaq; vbi supra memorata fundata est Ecclesia, ad Orientalem antiquæ Jericho plagam, cis Jordanem est, in sorte

Ibid.

tribus

*Beda Cap. X.

DVodecim lapides, quos Iosue de Iordane tolli præceperat, in Ecclesia Galgalis factâ altrinsecus, iuxta parietes eiusdem iacent, vix singuli nunc duobus viris eleuabiles, quorum vnus nescio quo casu fractus, sed fero mediante reconiunctus est.

* *Est iuxta Hiericho fons vber ad potum, pinguis ad irrigandum, qui quondam sterilis ad generandũ, parum salubris ad potandũ per Heliseum Prophetã, dum vas salis in eum mitteret, sanatus est. Deniq; campus circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, & viginti in latitudinẽ patens, in quo mirabilis hortorũ gratia, varia palmarũ genera, præstãtissimi apium fœtus. Illic opobalsamũ gignitur; quod ideò cum adiectione significamus, quia agricolæ* cortice tenues virgulas acutis lapidibus incidunt, in quibus balsama generntur, vt per illas cauernas paulatim distillans humor se colligat, lachrimis pulchrè rorantibus. Cauerna autem Græco nomine ὀπὴ dicitur.*

Illic cyprum, illic myrobalanum nasci ferũt. Aqua, vt cætera fontium, illic tamẽ* præstãtius.*

Sequentia nõ sunt ex Adamanno, sed aliunde à Beda desumpta.

4. Reg. 2.

cortice tenui.

cyprum.

præstantiori

 æstate,

domum habens commorationis, segetes & vineta recipit. Inter locum eiusdem destructæ ciuitatis, & Iordanem fluuium grandia insunt palmeta, in quorum medio campuli interpositi habentur, in quibus quorundam Chananææ stirpis homuncionum prope innumeræ sunt fabricatæ habitantium domus.

CAPVT XII.

* De Ecclesia in Galgalis constituta.

Iosue 4.

ARculfus memoratus grandem Ecclesiam in Galgalis fundatam vidit, in eo loco constructam, in quo filij Israel, Jordane transgresso, castra metati, primam in terrâ Chanaan mansionem habuere. In quâ videlicet Ecclesiâ, idem Arculfus illos considerauit duodenos lapides, de quibus ad Iosue Dominus, post transitum Jordanis locutus est, dicens: *Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueò, vbi Sacerdotum steterunt pedes duodecim durissimos lapides, quos deponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria.* Hos, inquam, Arculfus viderat, è quibus senos in dextra parte Ecclesiæ, in pauimento iacentes, & alios eiusdem numeri in Aquilonari, omnes impolitos & viles conspexit, quorum vnumquemq;, vt ipse refert Arculfus, huius temporis duo iuuenes, viri fortes, vix possent de terrâ subleuare. Ex quibus vnus, quo casu accidente nescitur, in duas confractus partes, iterum ferro condensatus manu artificis coniunctus est. Galgal itaq; vbi supra memorata fundata est Ecclesia, ad Orientalem antiquæ Jericho plagam, cis Jordanem est, in sorte

Ibid.

tribus

*Beda Cap. X.

DVodecim lapides, quos Iosue de Iordane tolli præceperat, in Ecclesia Galgalis factâ altrinsecus, iuxta parietes eiusdem iacent, vix singuli nunc duobus viris eleuabiles, quorum vnus nescio quo casu fractus, sed fero mediante reconiunctus est.

* *Est iuxta Hiericho fons vber ad potum, pinguis ad irrigandum, qui quondam sterilis ad generandũ, parum salubris ad potandũ per Helisæum Prophetã, dum vas salis in eum mitteret, sanatus est. Deniq; campus circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, & viginti in latitudinẽ patens, in quo mirabilis hortorũ gratia, varia palmarũ genera, præstãtissimi apium fœtus. Illic opobalsamũ gignitur; quod ideò cum adiectione significamus, quia agricolæ* cortice tenues virgulas acutis lapidibus incidunt, in quibus balsama generntur, vt per illas cauernas paulatim distillans humor se colligat, lachrimis pulchrè rorantibus (Cauerna autem Græco nomine ὀπὴ dicitur.*

Illic cyprum, illic myrobalanum nasci ferũt. Aqua, vt cætera fontium, illic tamẽ* præstãtius.*

** Sequentia nõ sunt ex Adamanno, sed aliunde à Beda desumpta.*

4. Reg. 2.

** cortice tenues.*

** cuprum.*

** præstantior.*

tribus Juda, in quinto milliario ab Jericho, vbi & tabernaculum fixum multo tempore fuit.

In quo loco, vt traditur, constructa supra dicta Ecclesia, in quâ illi duodeni supra memorati habentur lapides, ab illius regionis mortalibus miro cultu & honorificentia habita honorificatur.

CAPVT XIII.

De illo loco Jordanis, in quo Dominus à Ioanne baptizatus est.

ILle sacrosanctus & honorabilis locus, in quo Dominus ab Ioanne baptizatus est, semper aquis fluminis tegitur Jordanis, sicut Arculfus refert, qui ad eundem peruenerat locum, hucq; & illuc per eundem transnatauit fluuium.

In eodem sacrosancto loco lignea crux summa infixa est, iuxta quam aqua vsque ad collum longissimi venit stantis viri; aut alio in tempore nimiæ siccitatis aquis imminutis vsque ad mamillas; inundatione verò facta maiore, tota illa crux aquarum adiectione protegitur. Locus itaque eiusdem crucis, in quo vt superius dictum est, Dominus baptizatus est, citra alueum fluminis habetur, à quo vsque in alteram ripam in parte Arabiæ, homo fortis iactare lapidem potest, funda* implente. Igitur à loco supra memoratæ Crucis, pons lapideus, arcubus fultus, ad aridam vsq; porrigitur. Per quem ipsam adeuntes crucem, per cliuum homines descendunt ad aridam, & reuertentes ascendunt.

* impellente.

æstate, frigida; hyeme tepẽs: aër mollior, vt summâ hyeme lineis vtantur indumẽtis. Vrbs ipsa condita in campo, cui supereminet & nudus gignentium: agrum enim & ieiunum solum & ideò desertum ab incolis. Hic à Scythopolis vrbis terra, vsq; ad regionẽ Sodomitanam & Asphaltios lacus diffusus habetur. Aduersus hunc mons supra Jordanem ab vrbe Juliade vsq; ad Zoaros Arabiæ Petræ conterminos extentus, vbi etiã mons est, ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes campus iacet, quẽ veteres magnũ appellauere, Hebraicè autẽ Aulon. *Cuius longitudo ducentorum triginta stadiorum, latitudo centum viginti: Exordium à vico Gennabara, finis vsq; ad Asphaltium lacum. Jordanis eum medium intersecat, viridantibus ripis fluminis alluuione. Siquidem super ripas eiusdem, fructus arborum vberior est, aliâs longè exilior: arida sunt enim omnia, præter oram fluminis.*

*Beda Cap. XIII.

IN loco, in quo Dominus baptizatus est, crux lignea stat vsq; ad collum alta, quæ aliquoties aquâ transcendente absconditur: à quo loco ripa vlterior, id est, Orientalis in iactu fundæ est;

 citerior

In extremitate verò fluminis quædam habetur parua quadrata Ecclesia, in eo, sicut traditur, loco fundata, vbi Dominica vestimenta horâ illâ custodita sunt, qua baptizatus est Dominus. Hæc quatuor lapideis suffulta cancris, stat super aquas inhabitabilis, quia sub ipsam hinc & inde subintrant aquæ; atque hæc desuper coctili protegitur creta, inferius verò, vt dictum est, cancris & arcubus sustentata. Hæc talis Ecclesia in locis inferioribus illius vallis extat, perquam influit Jordanis fluuius. In superioribus verò locis, quoddam inest Monachorum grande Monasterium, quod suprà descriptæ eminet Ecclesiæ in supercilio monticuli è regione constructum. Ibidemq; Ecclesia in honore sancti Baptizatoris Ioannis fundata, eodem monasterij circumdatur muro, quadratis constructo lapidibus.

CAPVT XIV.

De Jordanis colore.

IOrdanici color fluminis, sicut nobis Arculfus intimauit, albidus in superficie, quasi lac videtur. Cuius talis color mare salinorum intrantis, longo tramite, à colore maris mortui, per alueum eius facilè discerni potest. Quod videlicet mortuum mare in magnis tempestatibus collisione fluctuum ad terras, sal efficit per illius circuitum maris abundanter haberi; quod non solum vndique vicinis, sed etiam longè positis nationibus magnum profectũ præbet, solis calore satis sufficienter valdè siccatum. Aliter verò sal in quodam Siculo monte haberi solet. Nam illius montis lapides de terrâ euulsi, verum naturaliter salsissimum sal esse gustu comprobatur.

citerior verò ripa in supercilio monticuli grande monasterium gestat, beati Ioannis Baptistæ Ecclesia clarum: de quo per pontem arcubus suffultum solent descendere ad illam crucem & orare. In extrema fluminis parte, quadrata Ecclesia, quatuor lapideis cancris superposita est, coctili creta desuper tecta, vbi Domini vestimenta cum baptizaretur, seruata esse dicuntur. Hanc non homines intrare, sed vndique cingere ac penetrare solent. Ab eo loco, quo de faucibus maris Galilææ Jordanis exit, vsque vbi mare mortuum intrat, octo dierum iter.

*Beda Cap. XI. & XII.

EST enim coloris albi, sicut lac, & ob hoc in mari mortuo, longo tramite discernitur. Apparet verò procul de specula montis Oliueti cernentibus; quod fluctuum collisione commotū, salsissimum eycit sal, & hoc sole siccatum accipitur, multis vbique nationibus profuturum. Aliter verò in quodam Siculo monte sal fieri dicitur, vbi lapides de terrâ euulsi, verum salsissimū sal, & cunctis vsibus aptissimū præbeant, quod esse sal terræ dicitur.

Beda

tur, quod propriè nominatur sal terræ. Aliter verò sal maris, atq; aliter sal terræ vocari solet. Inde & Dominus in Euangelio per similitudinē ad Apostolos dixisse creditur. *Vos estis sal terra*, &c. De hoc itaq; sale terræ in Siciliæ monte reperto, nobis sanctus intimauit Arculfus, qui illud aliquot dies in Siciliâ manens, visu & gustu atque tactu comprobauit, esse verum & salsissimum sal.

Matth. 5.

CAPVT XV.

De mari mortuo.

IDem nobis & de maris mortui sale narrauit, quod similiter ijsdem tribus supradictis sensibus à se comprobatum nunciauit. Qui etiam eiusdem superius memorati lacus maritimam frequentauit oram, cuius longitudo ad Zoaros Arabiæ, stadijs quingentis octoginta dirigitur; latitudo stadijs centum quinquaginta, vsque ad viciniam Sodomorum.

CAPVT XVI.

De fontibus Iordanis.

ARculfus noster & ad illum peruenit locum, in prouincia Phœnicis, vbi Jordanis ad Libani radices, de duobus vicinis fontibus emergere videtur; quorū vnus nomine Jor & alter Dan vocitatur; qui simul mixti compositum Jordanis accipiunt nomen. Sed notādum, non esse in * Panio exordium Jordanis, sed in Trachonitide terra centum & viginti interiectis stadijs vsque ad Cæsaream Philippi, quæ nunc * *Panias* à Panio monte tractum nomen accipiens, vocitatur. Est ergò illius fontis nomen, qui est in Trachonitide, Phiala plena aquarum semper,

* Paneade.

* Paneas.

*Beda Cap. XII.

*MAre mortuum longitudine stadioru͂ quingentorum vsq; ad Zoaros Arabiæ, latitudine centum quinquaginta vsq; ad vicina Sodomorum protenditur: nam & de puteis quondam satis post Sodoma & Gomorrhæ & ciuitatum finitimarum combustionem, inundasse certissimum est. * Mortuum autem mare appellatur, quod nihil recipiat generum viuentium, neq; pisces, neq; assuetas aquis aues, tauri cameliq; fluitent. Deniq; si Iordanis imbribus pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur, & pinguibus aquis supernatant. Lucernam accensam ferunt supernatare sine vllâ conuersione, extincto demergi lumine: quin & vas diuersum, arte quâlibet, difficile hærere in profundo, omniaq; viuentia, diuersa licet, & vehementer illisa, statim resilire. Deniq; Vespasianum præcepisse, nandi ignaros reuinctis manibus in profundum deijci, eosq; omnes illicò supernatasse. Aqua sterilis & amara, cæterisq; aquis obscurior, & quasi adustæ præferens similitudinem. Vagari super aquas bituminis glebas certu͂ est, atro liquore, quas scaphis appropinquãtes colligunt. Hærere ibi bitumen fertur, & nequaquã ferro præcidi, sanguine*

** Hæc Beda nō ex Adamanno, sed aliunde sumpsit.*

P tantum

ſemper, vnde Iordanis ſubterraneis meatibus deriuatur, & in Panio diuerſis aquarum effuſionibus ebullit, quæ, vt ſupra dictum eſt, *Ior* & *Dan* nominari ſolent; inde quoq; emergentes, & interiecto quodam interuallo in vnum confluentes, fluuium coëunt. Qui deinde ſuum dirigens curſum, centum & viginti ſtadia ſine vlla interfuſione vſq; ad vrbem, cui nomen Iulias, progreditur, poſtea Lacum, qui Geneſar dicitur, medio tranſit fluento. Quibus ex locis plurima circumuagatus deſerta Aſfaltio ſuſcipitur lacu, atque in eum conditur. Itaq; duos lacus victor egreſſus in tertio hæret.

CAPVT XVII.

De mari Galilææ.

NOſter ſæpe memoratus S. Arculfus mare Galileæ, quod & lacus * Chenerer, & mare Tyberiadis nominatur, ex maiore circuiuit parte, cui magnæ finitimæ adhærent Syluæ. Lacus ipſe veluti quoddam mare ampliſſimis in longitudine centũ & quadraginta ſtadijs extenditur, latitudine quadraginta diffunditur. Cuius aquæ dulces, & ad potandum ſunt habiles; Siquidem nec paluſtris vliginis craſſum aliquid, aut turbidum recipit. Qui arenoſo vndique littore circumuenitur; vnde & purior hauſtus eius, ac melior eſt ad vſum. Genera quoq; piſcium guſtu, & ſpecie nuſquam in alio loco præſtantiora inueniri poſſunt.

* Geneſareth.

Hæc breuia de Iordanis exordio, & lacu Chenerer, partim de tertio Iudaicæ captiuitatis libro, partim de S. Arculfi experientia excerpta retulimus, qui & ipſe indubitanter refert; de eo loco, quo de faucibus maris Galilææ Iordanis egreditur, vſq; ad eum locum, vbi in

mare

tantum mulierum menstruo, vel vrinâ cedere: vtile est autẽ ad cõpagem nauium, vel corporibus hominũ medendis. Seruat adhuc regio speciem pœnæ: nascuntur .n. ibi poma pulcherrima, quæ & edendi cupiditatem spectantibus generãt, si carpas; fatiscũt ac resoluuntur in cinerem, fumumq́; excitant, quasi adhuc ardeant. Sane in diebus æstatis immodicus per spacia campi æstuat vapor, vnde & coalescẽte vitio nimiæ siccitatis, corruptus aër miserandas incolis excitat ægritudines.

Beda Cap. XI.

IPsius Jordanis exordiũ vulgo putatur in prouincia Phœnice, ad radices montis Libani, vbi Panium, id est, Cæsarea Philippi sita est. Vnde & idem Panium, hoc est, speleum, per quod se attollit Jordanis: à Rege Agrippa decore admirabili extructũ, venustatumq́; accepimus. Est autẽ in Trachonitide terrâ fons, rotæ qualitatem exprimẽs, vnde & phialæ nomẽ accepit, quindecim à Cæsareâ millibus passuum discretus, ita iugiter plenus aquarum, vt neq́; superfluant neq́; vnquã minuãtur. In hunc Philippus Tetrarches eiusdẽ regionis paleas misit, quas in Panio fluuius ebulliuit.

mare mortuum intrat, octo dierum iter habuit. Quod scilicet idem mare salsissimum, & de montis Olıueti specula sæpius, sicut ipse narrat, sanctus prospexit Arculfus.

CAPVT XVIII.

De puteo Samariæ.

ARculfus Sacerdos sanctus regionem Samarię peragrans, ad eiusdem prouinciæ peruenit ciuitatem, quæ Hebraicè dicitur *Sichem*, Græcâ verò & Latina consuetudine *Sicima* nominatur, quæ, quamlibet vitiosè,* Sichar vocitari solet. Itaq; prope hanc eandẽ ciuitatem, quandam extra murum vidit constructam Ecclesiam; quæ quadrifida, in quatuor mundi cardines formata extenditur, quasi in similitudinẽ Crucis. *Cuius figura inferius describitur, in cuius medietate fons Iacob, qui & puteus dici solet, ad eius quatuor respiciens partes, intrinsecus medius habetur. Supra quo Saluator itineris labore fatigatus, cuiusdam diei horâ sedebat sexta, & ad eundem puteum illa Samaritana mulier, eodem meridiano tempore aquam haurire venit, de quo videlicet puteo eadem mulier inter cætera ad Dominũ respondens dixit; *Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est.* Arculfus itaque, qui de eodem puteo bibit aquam, de illius altitudine narrat dicens: Ille quem aspexi puteus, altitudinis habet bis vicenas *orias, hoc est, quadraginta cubitos. Orias ergò siue cubitus est vtriusq; manus à latere extensio vtroque. Sichem ergò, quæ & Sicima, quondam Sacerdotalis ciuitas & fugitiuorum, habetur in tribu Manasse, & in monte Ephraim; vbi & ossa Ioseph sunt humata.

* Et tamẽ Ioan. 4. appellatur Sichar.

* Deest hæc figura in Ms. S. Cod.

Ioan. 4.

* orgyias.

CA-

linit. Unde liquet in Phialâ principium esse Iordanis, sed post subterraneos meatus in Panio cœpisse fluentum, qui mox lacum ingreßus, paludes eius intersecat; inde quoq; cursus suos dirigens, quidecim millia passuum, sine vllâ interfusione progreditur vsq; ad vrbem, cui Julias nomē est: postea lacū Genesar medio transit fluento. Unde plurima circumuagatus Asphaltium, hoc est, mortuū mare ingressus, laudabiles perdit aquas.

*Beda Cap. XI.

EST autem Genesar, id est, mare Galilea, magnis Syluis circumdatū, in longitudine habens centum quadraginta stadia aqua dulcis, & ad potandū habilis. Siquidem nec palustris vliginis crassum aliquid, aut turbidū recipit, quia arenoso vndiq; litore circumuenitur: Sed & amœnis circumdatur oppidis; ab oriente Juliade & Hippo, ab occidente Tiberiade, aquis calidis salubri: genera quoq; piscium gustu, & inspecie, quàm in alio lacu præstantiora.

*Beda Cap. XV.

PRope ciuitatem Sichem, quæ nunc Neapolis dicitur, Ecclesia quadrifida est, in crucis

CAPVT XIX.

De quodam solitudinis fonticulo.

ARculfus sæpè memoratus, quendam in deserto lucidum aspexit fonticulum, de quo, quemadmodũ traditur, sanctus Ioannes bibebat baptizator, lapideo protectum tecto, calce perlito.

CAPVT XX.

*De locustis, & Syluestri melle.

DE eodem namque Ioanne Euangelistæ scribunt; *Erat autem eius esca locustæ & mel syluestre.* Idem autẽ noster Arculfus in illâ solitudine, vbi Ioãnes habitabat, quoddam locustarũ vidit minimum genus, quorum corpuscula in modum digiti manus exilia, & breuia sunt, & quia earum breuis est volatus, similis leuium in saltibus ranarum; facilè in herbis capiuntur, & coctæ per oleum pauperem præbent victum.

Matth. 3. Marc. 1. Luca 3.

De melle verò syluestri hanc ab Arculfo experientiam didicimus, ita dicente: In eodem deserto quasdã videram arbores, quarum folia lata & rotunda sunt, lactei coloris, & saporis mellei. Quorum vtiq; foliorum, natura fragilis est valde, & qui ea in escam sumere cupiunt, primum manibus confricant, deinde comedunt, hoc est, mel in syluis sic repertum.

CAPVT XXI.

De illo loco, vbi Dominus quinq; panes & duos pisces benedixit.

AD quem locum noster sæpe memoratus peruenit Arculfus, cuius herbosus & planus campus, ex quâ die

modum facta. In cuius medio fons Iacob quadraginta cubitos altus, à latere ipso vsq; ad summum digitorũ extentus, de quo Dominus aquas à Samaritanâ muliere petere dignatus est. Ioan. 4.

Beda Cap. XIV.

MInimum genus locustarum fuisse, quo Ioannes Baptista pastus est, vsq; hodie apparet, quæ corpusculis, in modum digiti manus, exilibus & breuibus, in herbis facilè * *raptæ coctaq; in oleo, pauperem præbent victum. In eodem deserto sunt arbores, folia lata & rotunda lactei coloris & melliti saporis habentes, quæ natura fragilia, manibus confricantur & eduntur. Hoc esse mel syluestre dicitur. Ibidem & fons sancti Ioannis Baptistæ ostenditur lucida aquâ, lapideo protectus tecto calce perlito.*

* captæ.

Beda Cap. XVI.

LOcus ille, in quo Dominus panes benedixit & pisces, citra mare Galilææ, ad Aquilonem ciuita-

die in eo Saluator quinque millia quinque panibus & duobus piscibus saturauit, nunquam aratus est, in quo nulla cernuntur ædificia. Quasdam verò solummodo columnas paucas Arculfus aspexit lapideas super marginem illius fonticuli iacentes. De quo illi eadem biberunt, vt fertur, die, quâ Dominus esurientes tali refectione recreauit. Qui videlicet locus citra mare Galilææ est, respiciens ciuitatem Tiberiadem, ab australi plagâ sibi occurrentem.

CAPVT XXII.

De Capharnaum.

QVi ab Hierosolymis descendentes Capharnaum adire cupiunt, vt Arculphus refert, per Tiberiadem, viam vadunt rectam; deinde secus laçũ Chenereth, quod est Tiberiadis & mare Galilææ, locumq; superius memoratæ benedictionis peruium habent, à quo per marginem eiusdem supra memorati stagni, non longo circuitu Capharnaum perueniunt maritimam, in finibus Zabulon & Nephthalim, quæ, vt Arculfus refert, qui eam de monte vicino prospexit, murum non habens, angusto inter montem & stagnum coarctata spatio, per illam maritimam oram, longo tramite protenditur, montem ab Aquilonari plaga, lacum verò ab Australi habens, ab occasu in ortum extensa dirigitur.

CAPVT XXIII.

De Nazareth, & Ecclesia eius.

CIuitas Nazareth, vt Arculfus, qui in eâ hospitatus est, narrat, & ipsa, vt Capharnaum, murorum ambitum

ciuitatis Tiberiadis, campus herbosus & planus, nunquã ex illo tempore aratur, nulla suscipiens ædificia, fontem tantum, ex quo tunc illi biberunt, ostendens.

Beda Cap. XVI.

QVi ergo ab Æliâ Capharnaum pergũt, per Tiberiadem iter habent, deinde secus mare Galilææ, & locum benedictionis panum, à quo non longè Capharnaum in finibus Zabulon & Nephtalim, quæ murum non habet, angusto inter montem & stagnum situ, super maritimam oram Orientem versus longo tramite protenditur, montem ab Aquilone, lacum ab Austro habens.

Beda Cap. XVI.

NAzareth muros non habet, sed magna ædificia, duasq; grandes Ecclesias. Vna est in

bitum non habet, supra montem posita, grandia tamen lapidea habet ædificia, ibidemq; duæ pergrandes habẽtur constructæ Ecclesiæ; vna in medio ciuitatis super duos fundata cancros, vbi quondam fuerat illa domus ædificata, in quâ Dominus noster nutritus est Saluator. Hæc itaq; eadem Ecclesia, duobus, vt suprà dictum est, tumulis, & interpositis arcubus suffulta, habet inferius inter eosdem tumulos lucidissimum fontem collocatũ, quem totus ciuium frequentat populus, de illo exhauriens aquam, & de latice eodem sursum ad Ecclesiam ædificatam, aqua in vasculis per trochleas subrigitur. Altera verò Ecclesia in eo fabricata habetur loco, vbi illa domus fuerat constructa, in quâ Gabriel Archangelus ad B. Mariam, eadem horâ solam inuentam est locutus. Et hanc de Nazareth experientiã didicimus à S. Arculfo, qui in illa duabus hospitatus est noctibus, & totidem diebus; & idcircò diutius in ea hospitari non poterat, quia ipsum cogebat locorum peritus, Christi miles festinare, de Burgundia ortus, vitam ducens solitariam, Petrus nomine, qui post eundem circuitum, ad illum in quo prius commoratus erat, reuersus est solitarium locum.

CAPVT XXIV.

De monte Thabor.

Mons Thabor in Galilæâ tribus millibus à lacu Chenereth distat, mira rotunditate ex omni parte collectus, à parte Boreali respiciens supra dictum stagnum; herbosus valdè & floridus. In cuius amœna summitate ampla planities, sylua prægrandi circumcincta, habetur. Cuius in medio campo Monachorum

medio ciuitatis supra duos fundata cancros, vbi quondam fuerat domus, in qua dominus nutritus est infans. Hæc autem Ecclesia duobus (vt dictum est) tumulis, & interpositis arcubus suffulta, habet inferius inter eosdem tumulos, fontem lucidißimum, vnde ciues omnes aquas in vasculis per trochleas in Ecclesiam extrahunt: altera verò est Ecclesia, vbi domus erat, in quâ Angelus ad Beatam Mariam venit.

Beda Cap. XVII.

MOns Thabor in medio Galilææ campo, in tribus millibus manens ad Boream, à Chenesareth distat, ex omni parte rotundus, herbosus valdè & floridus, altitudine triginta stadio-

 rum.

rum inest grande Monasterium, & plurimæ eorundem cellulæ. Nam illius montis campestris vertex, non in angustum coarctatur cacumen, sed in latitudinē dilatatur stadiorum viginti quatuor, altitudo autem eius triginta stadijs sublimatur.

In eâdem quoq; superiori plateâ, non parui ædificij ternæ fundatæ sunt Ecclesiæ celebres; iuxta illorum tabernaculorum numerum, de quibus in eodem sancto monte Petrus cœlesti lætificatus visione, & valdè pauefactus, ad Dominum locutus, ait; *bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.* Itaq; suprà memorati monasterij, & trium Ecclesiarum ædificia, cum cellulis Monachorum, lapideo omnia circumueniuntur muro; vbi S. Arculfus vna hospitatus est nocte in eiusdem Sancti montis celsitudine: Nam Petrus Burgundio Christicola, in illis terris semitarum eius ductor, non ipsum sinebat in vno eodemq; hospitio diutius immorari, festinationis intuitu.

Matth. 17.

Sed inter hæc & hoc est notandum, quod illius famosi montis nomen, Græcis literis sic oporteat scribi per θ & ω longum; θαβὼρ; latinis verò literulis cum aspiratione *Thabor*, producta ô litera. Huius orthographia vocabuli, in libris Græcitatis est inuenta.

CAPVT XXV.

De Damasco.

Damascus ciuitas regalis magna, vt Arculfus refert, qui in illâ per aliquot hospitatus est dies, in campo posita lato, amplo murorum est ambitu circumcincta; insuper & crebris turribus communita, plurima extra muros habens Olïueta. Quam & magna flumina quatuor

*rum. Vertex ipse campestris & multum amœnus viginti * & trium stadio dilatatur, vbi grande monasterium, grandi quoq; sylua circũdatur, tres Ecclesias habens, iuxta quod Petrus ait.* Faciamus hic tria tabernacula. *locus muro cinctus, grandia gestans ædificia.*

* Et tribus stadijs.

*Beda Cap. XVIII.

DAmascus in campo sita, lato & amplo murorum ambitu, & crebris munita turribus, quam magna quatuor flumina interfluunt; vbi dum Christiani sancti Joannis Baptistæ Ecclesiam frequẽtant, Saracenorum Rex

quatuor interfluentia gaudenter lætificant. In qua Saracenorum Rex adeptus est Principatum, & regnat; & ibidem in honore S. Ioannis Baptistæ grandis fundata est Ecclesia. Quædam etiam Sarracenorum Ecclesia incredulorum, & ipsa in eâdem ciuitate, quam ipsi frequentant, est fabricata.

CAPVT XXVI.

De Tyro.

PLurimarum peragrator regionum noster Arculfus, etiam Tyrum Phœnicis prouinciæ metropolim introiuit, quæ Hebraico & Syro sermone* Soar appellatur, quæ nullum habuisse de terrá introitum in Græcis & Latinis barbarisq; historijs legitur. Sed postea à Nabuchodonosor, Rege Chaldęorum, iactos esse aggeres nonnulli affirmãt, & ab oppugnatore iaculis & arietibus locum fuisse præparatum, ac deinde Insulam factã esse, & campi planitiem. Hæc pulchra & nobilis valdè erat, quæ non immeritò latinè interpretatur angustia, nam eandem terræ dimensionem angustam habet Insula; & ciuitas hæc in terra Chanaan posita est, de qua mulier Chananæa, siue Tyrophœnissa in Euangelio fuerat commemorata. Notandum itaq; est, quod S. Arculfi de situ Tyri relatio super omnia concordat cum his, quæ superius de S. Hieronymi commẽtarijs excerpta detulimus. Similiter & ea, quæ suprà de montis Thabor situ, & de formâ iuxtà S. Arculfi narrationem descripsimus, nullo discrepant modo ab his, quæ de situ eiusdem montis, & mira rotunditate S. Hieronymus narrat. A quo videlicet Thabor monte vsque ad Damascum iter octo dierum Arculfus habuit.

* Tsor.

Matth. 15. Marci 7.

CAPVT

*cum sua gente aliam instituit atque sacrauit. Plurima extra muros Olueta. A Thabor vsque Damascum * septem dierum iter.*

* discrepat ab Adamanno.

Beda

CAPVT XXVII.

De Alexandriâ, & Nilo flumine.

GRandis illa ciuitas, quæ quōdam metropolis Ægypti fuerat, Hebraicè olim NO vocitabatur, vrbs valdè populosa; quæ ab Alexandro, Rege Macedonum eius conditore famoso, Alexādria noto per vniuersas gentes, nominatur vocabulo, & magnitudinē vrbis, & nomen accipiens ab eodem ædificatore. De cuius situ etiam Arculfus enarrans, ab his, quæ prius lectione didicimus, nullo discrepant modo. Qui ab Hierosolymis descendens, & ab Joppe nauigare incipiens * quadraginta dierum iter vsq; ad Alexandriam habuit. De quâ breuiter Nahum Prophetæ sermo habetur, ita dicentis; *Aqua in circuitu eius*, cuius diuitiæ, mare; aquæ, muri eius. Ab Australi namq; parte ostijs Nili fluminis cingitur; ab Aquilonari verò plagâ, lacu Mareotico. Sic itaq; descriptus apertè monstratur situs eius, quod super Nilum & mare posita, hinc & inde aquis ambiatur. Quæ quasi claustrum inter Ægyptum & mare magnum interiacet, ciuitas importuosa & ab externo difficilis accessu. Cuius portus cæteris difficilior, quasi ad formam humani corporis, in capite ipso, & statione, capacior, in faucibus, angustior, quâ meatus maris ac nauium suscipitur, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur. Vbi quis angustias atq; ora portus euaserit, tanquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longè latéq; distenditur.

** Aut mendū est numero; aut Arculphū prorsus aduerso vento vsum, aut sæpius excendisse & nauigationem interrupisse oportuit; cum Ioppe ab Alexandria non vltra 88. milliaria distet. Sed credibile est numerum esse vitiatum.*

In eiusdem dexterâ parte portus, parua insula habetur, in quâ maxima turris est, quam in commune Græci ac Latini, ex ipsius rei vsu * Farum vocitarunt, eò quòd longè

** pharum.*

Beda Cap. XIX.

ALexandria ab occasu in ortum solis longa, ab Austro ostijs Nili cingitur, ab Aquilone lacu Mareotico: cuius portus cæteris difficilior, quasi ad formam humani corporis in capite ipso & statione capacior, in fluctibus verò angustior, quia meatus maris ac nauium suscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur. Vbi quis angustias atq; ora portus euaserit, tanquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longè lateq; extenditur. In eiusdem dexterâ portus paruus habetur, in quo Pharus, id est, turris est maxima, nocturno tempore flammarum facibus ardens, ne decepti tenebris nautæ in scopulos impigãt, & vestibuli limitem comprehendere nequeant, qui & ipse semper inquietus est, fluctibus hinc inde collidentibus; portus verò placidus semper, amplitudinem habens triginta stadiorum.

A parte Ægypti vrbem intrantibus, ad dexteram occurrit Ecclesia, in quâ beatus Euãgelista Marcus requiescit. Cuius corpus in Orientali parte eiusdem Ecclesiæ ante altare hu-

longè è nauigantibus videatur, vt priusquam in portum appropinquent, nocturno in sinu & tempore, terram finitimam sibi & propinquam flammarum incendio cognoscant, ne tenebris decepti, in scopulos incidant, aut ne vestibuli limitem nequeant comprehendere. Sunt itaq; illi ministratores, per quos subiectis facibus, cæterisque lignorum struibus adoletur ignis, quasi terreat, pronunciet, indicetq; protensum faucium, & demonstrantur ingredienti angustias, vndarum sinus, & vestibuli anfractus, ne tenuis carina perstringat cautes, & in ipso ingressu inter opertos fluctibus scopulos offendat. Itaq; directum cursum paulisper inflecti oportet, ne cœcis illisa saxis, ibi incurrat nauis periculum. Angustior enim aditus in portu est, qui dextera parte laterali arctatur, à læua verò latus portus est. Circa Insulam quoque instructæ ingentis magnitudinis moles deijciuntur, ne assiduo assurgentis impetu maris, insulæ concisa cedant fundamenta, atque ventorum iniuriâ soluantur, vnde procul dubio fit, vt in aduerso inter scrobeas rupes, molesq; disruptas, canalis ille medius semper sit inquietus, atque ex asperato transitu periculosus fiat ingressus nauis.

Amplitudo autem portus stadiorum triginta patet dimensione, & quamuis maxima tempestate, intus tutissimus est portus, qui à supra memoratis angustijs atq; obiectu Insulæ à se maris repellit vndas, & per easdem portensis oris totus portus angustias defenditur, & submouetur à tempestatibus, & placidatur à frigoribus, per quæ ingressus exasperatur. Nec immeritò & tutamen & magnitudo portus est eiusmodi, cum in eum, quæ ad vsum totius vrbis proficiunt, connectari necessariũ sit. Nam & populi innumerabiles eorundem locorum, ad

vsum

matum est; memoria superposità, de quadrato marmore factà. Circa Nilum Ægyptij aggeres crebros propter irruptionem aquarum facere solent, qui si fortè custodum incuria rupti fuerint non irrigant, sed opprimunt terras subiacentes: & qui plana Ægypti incolunt super riuos aquarum, ibi domos faciũt transuersis trabibus superponentes.

vsum sui totius vrbis expetunt commercia, & frugum regio est ferax, cæterorumq; terræ munerum & negotiorum abundans, totum frumento alit atq; instruit necessarijs mercibus orbem terrarum. Cui scilicet tali regioni, quæ procul dubio pluuiarum indiga est, Nilus irrigua, & spontaneos imbres ministrat, vbi vtrumq; arua temperat, hoc est, cœli vbertas, & terræ fœcunditas, & vbi nautis, & agricolis solum vsui commodum habetur. Hi nauigant, illi serunt; isti circumuehunt nauigijs, illi excolunt terram sine aratro serentes, viantes sine carpentis. Distinctam fluentis cernas regionem, & quasi quibusdam excelsa mœnibus nauigiorum totis domicilia terris, quæ Nili fluminis riparum marginibus ex vtrâq; adhærent parte. Nauigabilis enim est vsq; ad vrbem, vt appellant Elephantorum; vlterius nauem procedere cataractæ, hoc est, fluminales aquarum colles, non sinunt, non defectu gurgitis, sed totius fluminis præcipitio, & quâdam ruinâ currentium aquarum.

Sancti igitur Arculfi relatio de Alexandrinæ situ, & Nili, non discrepare comprobatur ab his, quæ in aliorum libris scripta ex lectione cognouimus. De quibus quædã breui textu excerpta in hac præsenti descriptione interposita inseruimus, hoc est, de illius importuositate vrbis, de portuensi difficultate, de insulâ & turri in eâ constructâ, de Alexandriæ inter mare & ostia fluminis Nili terminata positione, & de cæteris; quæ procul dubio causa facit, vt eiusdem ciuitatis locus, qui ita ex duabus coarctatus partibus strangulatur, longò valdè, & angusto tramitis spatio ab occasu in ortum protenditur. Quod etiam Arculfi narratio demonstrat, qui, vt ipse refert, hora diei tertia cœpit intrare ciuitatem in mense octobri, per longitudinem deambulans vrbis, &

vix ante vespertinum tempus, ad extremitatem longitudinis eius peruenire potuit. Hæc longo ambitu murorum, crebris insuper turribus communitorum, per marginem fluminis, & oram curui maris ambitur compositorum.

Item de parte Ægypti aduentantibus & vrbem intrantibus Alexandrinam, ab Aquilonari latere occurrit grandis Ecclesiæ constructio, in qua Marcus Euangelista humatus iacet. Cuius sepulchrum ante altare, in orientali eiusdē quadrangulæ loco Ecclesiæ, memoriâ superpositâ marmoreis lapidibus constructâ, monstratur.

Hæc itaq; Alexandria, quæ priusquam ab Alexandro Magno in maius auctæ ædificaretur, NO, vt supra dictum est, vocitabatur. Cui, vt superuis dictum est, ostium Nili fluminis cohærens, quod Conopéum nominatur, Asiam cum Ægypto, & Libyam disterminat. Ob cuius itaque Nili fluminis inundationem Ægyptij excelsos aggeres circa ripas eius construunt, qui si custodum negligentiâ, vel nimia aquarum eruptione rupti fuerint, subiacentes campos nequaquam rigant, sed opprimunt & populantur. Ob quam causam plurimi, qui plana Ægypti incolunt, vt S. refert Arculfus, qui eundē fluuium in Æpypto means sæpe nauigio transmeauit, in domibus, transuersis trabibus suffultis, aquas supra inhabitat.

CAPVT XXVIII.

De Crocodilis Nili fluminis.

CRocodili, vt Arculfus refert, in Nilo fluuio, aquaticè commorantur, quadrupedes bestiæ, non grādes, valdè edaces; & in tantum validæ, vt vna

etiam ex eis, si fortè equum aut asinum vel bouem iuxta ripam fluminis herbas carpentem inuenire potuerit, subitâ irruptione emergens inuadat, & vel etiam animantis vnum pedem mordens, & sub aqua trahens, penitus totum deuoret animal.

Explicit liber secundus.

Incipit

Incipit liber tertius.

* *Vulcanio.*

CAPVT

CAPVT I.

De Constantinopolitana ciuitate.

ARculfus sæpe memoratus ab Alexãdria reuersus, per aliquot dies in Cretâ hospitatus insula, & ab eâ nauigans Constãtinopolim appetiuit, in quâ per aliquot demoratus est menses. Quæ procul dubio Romani est metropolis Imperij; vndique mari circumdata, excepta Aquilonari parte illius; quod mare sexaginta passuum millibus à mari magno erumpens, ad murum vsq; ciuitatis extenditur, à muro verò Constantinopoleos vsq; ad ostia Danubij fluminis sexaginta millibus hoc idem protenditur mare. Hæc itaq; imperatoria ciuitas, non paruâ murorum ambitu, per duodecim millia passuum circumcincta, angulos iuxta *situm maris habens, per maritimam, vt Alexandria siue Carthago, constructa oram, & ad Tyri similitudinẽ, crebris insuper turribus communitos muros, domos intra ciuitatis mœnia habet numerosas, ex quibus plurimæ miræ magnitudinis lapideæ, instar Romæ habitaculorum fabricatæ consurgunt.

* sinum.

CAPVT II.

De conditione eiusdem ciuitatis.

DE conditione huius ciuitatis hanc traditionem ciues à maioribus promulgatam enarrant, dicentes. Imperator Constantinus, infinita hominum multitudine congregatâ, & vndiq; infinitis sumptibus, penè nuditate

Beda Cap. XX.

COnstantinopolis vndiq; præter Aquilonem mari cincta, quod à mari magno sexaginta millibus paßuum vsq; ad murum ciuitatis, & à muro ciuitatis vsq; ad ostia Danubij quadraginta millibus passuum extenditur, ambitu murorum iuxta situm anguloso, duodecim millia passum complectitur. Hanc primò Constantinus in * Cicilia iuxta mare, quod Asiam Europámq; disterminat, ædificare disposuit, sed quâdam nocte ferramenta omnia ablata, missis qui requirerent, in parte Europæ inuenta sunt: ibi enim fieri DEI voluntas intellecta est.

* Bithynia.

nuditate omnium ciuitatum collectis, vrbem sui participem nominis in parte Asiæ, hoc est, in *Ciliciâ, interiecto mari, quod in illis finibus inter Asiam & Europam disterminat, ædificare cœpit. Quadam verò nocte, cum innumerabilis operariorum exercitus per immensam castrorum latitudinem, in papilionibus dormirent, omnia ferramẽtorum genera, quibus diuersorum operum artifices vti consueuerant, subitò, quo modo sunt ablata, nescitur. De quorum subitaneâ & occultâ ablatione, cum primo mane, ad ipsum Imperatorem Constantinum plurimum operatores mœstitiâ molestati, querimoniam detulissent: Rex consequenter inquirit ab eis, dicens. Si alias res de castris subtractas audistis? Nullam, aiunt, exceptis omnibus operum ferramentis. Tum deinde Rex præcepit inquiens ad eos. Ite citius, & circumeuntes vltra citraq; per maritimas regionum oras conterminarũ lustrate, & si in aliquo agrorum fortè vestra reperietis ferramenta, ibidem interim ea custodite, & huc illa non reportetis, sed ad me aliquos ex vobis reuerti facite, vt pro certo scire possim, de ferramentorum repertione.

Quibus auditis, operarij obsequuntur sermonibus à Rege dictis, & exeuntes, secuti fuerunt iussum, lustratis hinc & inde ponto, vicinis agrorum terminis, & ecce in parte Europæ vltra mare ferramentorum congeriem repererunt inter duo maria in vno congregatam loco. Quo reperto, ad regem ex eis veniunt remissi, & inuenta renunciant ferramenta in tali loco. Quo comperto, Rex continuò tubicines per castrorum circuitum tubis iubet canere, & exercitum mouere castra, dicens. Emigremus hinc ad ædificandam ciuitatem in loco nobis diuinitus designato, simulque præparatis cum vniuerso exercitu

 nauibus

nauibus, ad locum repertorum transfretauit ferramentorum. Quem videlicet locum, in tali eorum translatione, agnouit à DEO sibi præparatum designari; in quo continuò ciuitatem condidit, quæ composito nomine ex proprio eius vocabulo, & appellatiua ciuitatis græca nominatione, *Constantinopolis* vocitatur, vt cõditoris * vocabulum in priore talis inhæreat compositionis parte. Hæc de situ & conditione illius regiæ vrbis descripta sufficiant.

CAPVT III.

*De illa Ecclesia, in qua crux Domini habetur.

CÆterum de celeberrimâ eiusdem ciuitatis rotundâ miræ magnitudinis, lapideâ Ecclesiâ, silere non debemus, quæ, vt S. Arculfus refert, qui eam nõ breui frequentauit tempore, ab imo fundamẽtorum in tribus consurgens parietibus triplex, supra illos altius sublimata, rotundissima, & nimis pulchra; simplici consummatur culminata camera. Hæc arcubus suffulta grandibus, inter singulos supra memoratos parietes latum habet spatium, vel ad inhabitandum, vel etiam ad exorandum DEVM, aptum & commodum. Interioris domus, Aquilonari in parte prægrande & valde pulchrum monstratur armarium, in quo capsa habetur recondita lignea, quæ similiter ligneo, super clauditur operculo, in quo illud salutare habetur reconditũ Crucis lignum, in quo noster Saluator pro salute humani generis suspensus est. Quæ videlicet prædicabilis capsa, vt dicit S. Arculfus, in tribus continuis diebus post expletum annum, super altare aureum, cum tali pretioso eleuatur thesauro. Quod vtiq;

*Beda Cap. XX.

*IN hac urbe basilica miri operis, quæ sancta Sophia cognominatur, rotundo schemate, & à fundamētis constructa & concamerata, tribus cincta perietibus, magnis sustentata columnis, arcubusq; sublimata est: cuius interior domus in Aquilonari sui parte grande & valdè pulchrum armarium habet, in quo capsa lignea, ligneoq; operculo tecta, crucis Dominicæ, tres particulas continet, longum videlicet lignum in duas partes incisum, transuersum eiusdem sanctæ crucis lignum. Hæc tribus tantum per annum diebus, hoc est, in cœna Domini, in Parasceue, & in Sabbato sancto, populis adoranda profertur: quarum prima capsa illa super altare aureum, duos cubitos altitudinis, & unum latitudinis habēs, cum cruce sanctâ patefacta componitur: accedensq; primus Imperator, deinde cunctus per ordinem laicorū gradus, sanctam Crucem adorat & osculatur: sequenti die Imperatrix, & omnes matronæ, vel virgines idem faciunt: tertia nihilominus die Episcopi, & cuncti Clericorum gradus idem faciunt, & sic capsa reclusa ad supra dictum armarium reportatur. Quamdiu

vtiq; altarium in eâdem habetur rotundâ Ecclesiâ, duos longitudinis habens cubitos, & vnum latitudinis in ternis, inquam, tantummodo anniuersarijs sibi succedentibus diebus, Dominica crux super altare eleuata ponitur, hoc est, in cœnâ Domini, quâ die Imperator, & exercitus militum Ecclesiam intrantes, & ad illud accedẽtes altare, aperta illâ sacrosanctâ capellâ, salutarem osculantur crucem.

Primùm ante omnes Imperator orbis illam inclinato osculatur vultu, deinde iuxta conditionum, vel ætatum ordinem, vnus post vnum accedens, honorabile osculatur patibulum. Proinde crastinâ die, hoc est, sextâ feriâ ante Pascha, matronæ, Reginæ & omnes mulieres, memorato ordine, accedunt, & cum omni veneratione osculantur. Tertia die, hoc est, Sabbato Paschali, Episcopus, & vniuersus post eum clerus cum timore & tremore, & omni honorificentia accedunt ordinatim, victoriale osculantes lignum, in sua positum capsa. Finitis Sanctis & lætificis talibus Sacrosanctæ crucis osculationibus, illa venerabilis capsa clauditur, & ad suum cum tali honorifico thesauro, reportatur armarium.

Sed & hoc non negligenter intuendum, quod non duo, sed tria ibidem crucis habeantur breuia ligna, hoc est, transuersum lignum, & longum incisum, & in duas æquas diuisum partes. E quibus tripertitis honorabilibus lignis, quando illa aperitur capsa, miri odoris fragrantia, ac si omnium florum inibi * collectorum, mirabilis, plena suauitate exoritur, satians & lætificans omnes in propatulo, intra illius Ecclesiæ parietes interiores positos, qui eodem temporis spacio intrantes, stant. Nam de nodis eorundem trinalium lignorum, liquor quidam odorifer, quasi in similitudinem olei expressus, talem

* Ita M.S. C. sed videtur legendum: collectio esset.

autem super altare manet aperta, totam Ecclesiam mirus odor perfundit. De nodis enim ligni sancti liquor Odorifer oleo similis profluit, cuius si etiam modica particula contingat, omnem ægritudinem sanat.

Versus Bedæ.

Descripsi breuiter finesq; situsq; locorum,
Pagina sacra magis, quæ memoranda refert.
Beda sequens veterum monimenta, simulq; nouorum
Charta magistrorum, quæ sonet, inspiciens.
Da IESV patriam semper tendamus ad illam,
Quam beat æternum visio summua tui.

Preoratio.

HÆc de locis sanctis, pro vt potui, fidem historicā secutus posui, & maximè Arculphi dictatus, Galliarū Episcopi, quos eruditissimus in scripturis Presbyter Adamannus laciniosо sermone describens, tribus libellis comprehendit. Siquidem memoratus Antistes, desiderio locorum sanctorum patriam deserens, terram repromissionis adijt, aliquot mensibus Hierosolymis demoratus, veterano Monacho, nomine Petro, duce pariter atq; interprete visus, cuncta in cir-

talem facit vniuersos intrantes, ex diuersis gentibus congregatos, supra memoratam sentire suauissimi odoris fragrantiam. Cuius videlicet liquoris, si etiam paruula quædam stillula super ægrotãtes imponatur, qualicunque languore vel morbo molestati, plenam recuperant sanitatem. Sed de his ista sufficiat scripsisse.

CAPVT IV.

De sancto Georgio Martyre.

* *M. S. Cod. Belgicus,* de S. Georgio Confessore. *Ita vbique per totum caput. Sed* Martyris *nomen substitui debet, vt est in alio quodam huius opusculi apographo, quia sermo est de S. Georgio illo, cuius festum sancta Romana Ecclesia 23. Aprilis colit. Id vel ex Diospoleos ciuitatis vocabulo liquet, quæ est Lydda, de qua Actorum cap. 9. vbi S. Georgius passus dicitur, & celebris est mentio* Diospoleos *in Hierosolymitanis itinerarijs. Fortè Cod. Belgicus confessorē appellat, quòd post illam flagellationem, & alia tormenta ob Christum tolerata, diu adhuc superuixerit. Extant autem in Terra sancta multa monumenta S. Georgij, vt te docebunt Hierosolymitana Hodoeporica, & Theatrum Adrichomij.*

ARculfus homo sanctus, qui nobis hæc omnia de Dominicâ cruce narrauit, quam ipse proprijs conspexit oculis, & osculatus est; etiam nobis de quodam Martyre, Georgio nomine, narrationem contulit, quam in Constantinopolitanâ vrbe, à quibusdam expertis didicit ciuibus, qui hoc modo narrare soliti, eidem dicebant.

In Diospoli ciuitate, cuiusdam Martyris Georgij, in quâdam domo statua marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, *formula depictâ est; Qui tamen post flagellationem è vinculis absolutus, multis vixit annis. Quâdam verò die, cum quidam *duri cordis, & incredulus homuncio, in equo sedens, eandem intrasset domum, & vidisset marmoream columnam; ab his, qui ibidem erant, interrogat, dicens; Cuius est hæc imago in marmoreâ columnâ formata?

* *imago.*

* *M. S. duricors.*

in circuitu, quæ desiderauerat, viuida intentione lustrauit: Nec non Alexandriam, Damascum, Constantinopolim, Siciliámque percurrit; Sed cum patriam reuisere vellet, nauis, quâ vehebatur, post multos anfractus, vento contrario in nostram, id est, Britannorum insulam portata est: tandemque ipse post nonnulla pericula ad præfatum virum venerabilem Adamannum veniens, iter pariter suum, & ea quæ viderat, explicando, pulcherrimæ illum historiæ docuit esse scriptorem. Ex quâ nos aliqua decerpentes, veterumque libris comparantes, tibi legenda transmittimus, obsecrantes per omnia, vt præsentis seculi laborem, non ocio lasciui temporis, sed lectionis orationisque studio, tibi temperare satagas.

Finis Bedæ.

formata? Quibus respondentibus & dicentibus, Georgij Martyris hæc figura est, qui ad hanc vinculatus, & castigatus est columnam. Quo audito, ille stolidissimus homunculus, valdè iratus contra insensibilem rem, sancti Martyris formulam lanceâ percussit. Quæ videlicet eiusdem aduersarij lancea, quasi per globum niuis mollem, mirum in modum facilè penetrans, lapideam illam perforauit columnam, exteriore parte eius, cuius ferrum interius inhærens retentum est, nec vnquã vllo modo retrahi potuit. Hastile autem eius ad sancti Martyris collisum marmoream formulam, vel columnam, exterius confractum est.

Illius quoq; miselli hominis equus, in quo sedebat, eodem momento, sub eo in pauimento domus, cecidit mortuus. Ipse autem simul misellus in terram cadens, manus in illam marmoream misit columnam, eiusq; digiti * quasi in mollicie vel luto intrantes, in eâdem impressi inhæserunt columnâ. Quod videns miser, qui retrahere denos duarum digitos manuum ad se non poterat, & in marmoreâ sancti Martyris inhærentes formulâ colligatos & insertos, nomen DEI æterni eiusdem Martyris, agens pœnitentiam inuocat, & vt absolueretur ab eodem vinculo, in lacrymis precatur. Quam eius lachrymosam pœnitentiam misericors DEVS suscipiens, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, non solum ab ipso præsenti marmoreo visibili absoluit vinculo, sed etiam à peccatorum inuisibilibus alligamentis, fide saluatum, subueniens misericorditer liberauit.

* M. S. quasi in politice.

Hinc itaque menifestè ostenditur, quantæ & qualis fuerit honorificentiæ apud DEVM Georgius, inter tormenta, cuius * thoracidam in re naturâ impenetrabili, pene-

* imaginem. Brustbildt.

penetrabilem potentia fecit, lanceáq; aduersarij æquè impenetrabilem mirabiliter fecit penetrabilem, digitosq; eiusdem homunculi infirmos, in eâdem naturâ impenetrabiles potenter penetrabiles fecit, quos in marmore vinculatos, primulè & ipse durus retrahere non potuit, sed eodem *momento valdè perterritus, & exinde mitigatus pœnitens, Deo miserante, retraxit. Mirum dictu, vsq; in hodiernum diem, eadem bis quinorum eius vestigia digitorum apparent vsq; ad radices in marmoreâ insertorum columnâ. In quorum loco S. Arculfus suos denos proprios inseruit digitos, similiter ad radices intrantes. Eiusdem quoq; homunculi sanguis equi, cuius coxa in pauimento mortui cadentis in duas confracta est partes, nullo modo ablui, aut deleri potuit, sed indelebilis in pauimento domus vsq; ad nostra permanet tempora idem equinus cruor.

* monitu.

Aliam quoq; de eodem Georgio Martyre certam relationem nobis S. Arculfus intimauit, quam expertis quibusdam satis idoneis narratoribus in supra memoratâ Constantinopoli vrbe, indubitanter didicit, qui hoc modo de illo sancto Martyre pronunciare soliti erant, dicentes. Quidam homulus secularis, Diospolim ciuitatem, in equo sedens ingressus, eo in tempore, quo ad expeditionem faciendam multa populorum millia vndiq; conueniebant collecta, illam accedens intrauit domum, in quâ supra memorata marmorea extat columna, in se Martyris Georgij habens depictam imaginem, ad quam, quasi ad præsentem Georgium loqui cœpit dicens: Me tibi Georgi Martyr, & meum commendo equum, vt orationum virtute tuarum ab vniuersis bellorum, atque morborum, aquarumq; periculis liberati, ambo vsque ad hanc vrbem post expeditionis tempus,

 incolu-

incolumes reuersi perueniamus, & si tibi ita DEVS misericors, nostram reuersionem donauerit prosperam, secundum optionem nostrę paruitatis, ego hunc meum, quem valdè diligo, equum ipsum tibi pro munere donandum offeram, in conspectu tuæ assignaturus * formulæ. Quibus sermunculis ocius terminatis, domum egressus, inter exercitus multitudinem, cum cæteris cõtubernalibus commeans, idem homuncio in expeditionis comitatu emigrat. Qui post multa & diuersa bellica pericula, interq; missella plurimorum millia homunculorum, quæ constrata perierant, ipse in eodem suo sedens dilecto equo, ab omnibus infestis casibus, iuxta memoratam talem exemptus est commendationem; Christicolæ Georgio DEO condonante, ad Diospolim properê reuertitur; illamq; domum, in quâ eiusdem sancti Martyris habebatur imago, secum deferens aurum inequi pretium sui, gaudenter intrat, sanctumq; Georgium ac si præsentem, alloquitur, dicens.

* imagini.

Sancte Martyr, DEO æterno grates refero, qui me per tuæ celsitudinem firmitudinis & orationis sospidem reduxit, propterea hos tibi viginti solidos auri affero, equi pretium mei, quem tibi primulè commendatum, mihi vsq; in hodiernum conseruasti diem. Hæc dicens suprà descriptum auri pondus, ante pedes sanctæ * formulæ Martyris deponit, plus equum amans, quàm aurum. Et egressus foras ingeniculatione expleta, tale iumentum supra sedens ad emigrandum instigat quidem, sed nullo modo moueri potuit. Quod ille homunculus videns, descendit de equo, reuersusque domum intrat, aliosque decem affert solidos inquiens: Sancte Martyr, mansuetus quidem mihi equiti in expeditione inter pericula fuisti, sed, vt video, durus & auarus es in commercio

* imagini.

cio

cio equi. Hæc dicens decem super viginti solidos adiiciens, & sanctum dicit Martyrem: Et hos tibi addo solidos, vt mihi placabilis fias, & meum ad ambulandum resoluas equum.

Hoc dicto egressus, iterum ascendens equum ad meandum incitat, qui quasi infixus, in eodem stabat loco, nec etiam vnum poterat mouere pedem. Quid plura? Post equi ascensum descensumq, per quatuor singulas vices, intrans domum, decem secum solidos afferens, & ad immobilem reuersus equum, huc atq; illuc currebat, & tamdiu illum nulla instigatione remouere poterat, vsq; quo numerus solidorum saxaginta adimpleretur congregatorum. Tum deinde commemoratum supra repetit sermonem, de sancti Martyris mansuetâ humanitate, & tuta in expeditione custodia, & de eius duritiâ, vel etiam in commertijs auaritia commemorans. Qui talia verba, vt fertur, per quaternales singulas vices in domum reuersus repetebat; Ad vltimum hoc modo sanctum alloquitur Georgium dicens. Sancte Martyr, nunc tuam pro certo cognosco voluntatem: Hoc itaq; iuxta id, quod desideras, totum auri pondus, videlicet sexaginta solidos tibi munus offero, ipsum quoq; meum equum, quem tibi promiseram prius, propter expeditionem condonandum, nunc tibi, licet inuisibilibus alligamentis vinculatum, condono, sed mox, vt credo, resoluendum per tuam honorificentiam. Hoc terminato sermone, egressus domum, eodem momento horæ absolutum reperit ipsum, quem secum deducens in domum, sancto donatum assignauit Martyri in conspectu imaginis ipsius, indeq; lætabundus Christum magnificans discessit. Hinc manifestè colligitur, *quodcunq; Domino consecratur, siue homo erit, siue animal, iuxta id,* quod in Leui- Leuit. 27.

 Leui-

Leuitico scriptum est, nullo modo possit redimi aut mutari. Nam si quis mutauerit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.

CAPVT V.

De imagine sanctæ Mariæ.

* Brustbildt.

ARculfus sæpe memoratus, & de sanctæ Matris Domini * thoraciola certam nobis relationem, quam in Constantinopolitanâ vrbe, ab expertis quibusdam testibus didicit, indubitanter enarrauit, inquiens; in eâdem metropolitanâ ciuitate, imago beatæ Mariæ in breui tabulâ figuratâ ligneâ, in pariete cuiusdam domus suspensa pendebat. De quâ cum quidam stolidus, & duricors homo percontaretur, cuius esset imago; à quodam respondente didicit, quod esset sanctæ Mariæ semper Virginis figuratæ faciei. Quod audiēs ille Iudęus incredulus, diabolo instigante, eam de pariete valdè iratus tulit, & ad vicinam cucurrit domum, vbi humana stercora per longarum foramina tabularū egesta, suprà sedentium ventribus egeri solent; ibidemq;, ob Christi ex Maria nati dehonorationem, imaginem matris eius per foramen super humanum stercus inferius iacens proiecit, & ipse super sedens per idem foramen aluum purgans, proprij stercus ventris super thoraciolam beatæ Mariæ, paulò ante inibi depositam dimittens, stolidissimè agens, effudit. Et post turpissimam illam ventris purgationem, ille infelicissimus discessit homo. Quid verò postea gesserit, & quomodo vixerit, & qualem vitæ terminum habuerit, incertum habetur.

Igitur

Igitur post illius discessum maligni, alius ex Christianorum plebe superueniens, felix homo, Zelotypus Dominicarum rerum, & sciens, quod factum fuerat in imagine Sanctæ Mariæ requisiuit, & inter humana stercora absconditam inueniens, subleuauit; & diligenter abstergens & lauans aquis emundauit mundissimis, secumq; in domo honorificè collocatam habuit.

Mirum dictu, ex eâdem Beatæ Mariæ imaginis tabulâ, verum ebulliens distillat semper oleum, quod Arculfus, vt referre solet, proprijs conspexit oculis. Hoc mirabile oleum, honorem protestatur Mariæ Matris IESV, de quo pater ait. *In oleo sancto meo liniui eum.* Item psalmographus ad ipsum filium DEI loquitur, dicens: *Vnxit te DEVS DEVS tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.*

Psalm. 88.

Psalm. 44.

Hæc itaque superius de Constantinopoleos situ, & conditione, nec non & de illâ rotundâ Ecclesiâ, in quâ salutare lignum habetur, ab ore sancti Sacerdotis Arculfi intentè dicimus, qui in eâdem primariâ Romani Imperij ciuitate, à Paschali solennitate vsq; ad Dominicũ permansit Natalitium; postea exinde Romam appetiuit, & nauigauit.

CAPVT VI.

De monte *Vulcano.

** Vulcano.*

QVædam insula in mari magno habetur, ad Orientalem plagam, duodecim millibus à Siciliâ distãs, in quâ * Vulcanus mons, quasi tonitruum, totis diebus ac noctibus in tantũ intonat, vt Sicilæ terræ longius posita, horrifico tremore submoueri putetur; sed magis sexta feria & sabbatho intonare videtur, qui omni tempore noctibus flammare monstratur, diebus verò fuma-

** Vulcanius.*

De Insulis Vulcaniis vide Farellum lib. 1. Decad. 1.

fumare. Hæc mihi Arculfus scribendi, de eodem dictauit monte, qui proprijs illum oculorum aspexit obtutibus, noctibus ignitosum, die verò fumosum; eius quoq; conitrualem sonitum, proprijs aurium audiuit auditib⁹, in Siciliâ per aliquot hospitatus dies.

Obsecro itaq; eos, qui hos breues legerint libellos, vt pro eodem sancto Sacerdote Arculfo diuinam precentur clementiam, qui hæc de sanctis experimenta locis eorum frequẽtator libentissimè nobis dictauit. Quæ & ego, quamlibet inter laboriosas, & propè * sustentabiles totâ die vndiq; conglobatas Ecclesiasticæ sollicitudinis occupationes constitutus, quamuis vili sermone describens, declaraui. Horum ergo lectorem admoneo experimentorum, vt pro me misello peccatore eorundem * charaxatore Christum Iudicem sæculorum exorare non negligat.

* insustentabiles.

* scriptore.

Explicit liber tertius.

Lecto-

Lectori.

Habes amice Lector, Adamannum, non iam breuiatum, sed integrum: quem notis ex professo illustrare animus nunquam fuit. Glossulas tamen locis nonnullis obscurioribus adiecimus. Exstant plurima Itineraria Hierosolymitana, cum quibus, quæ Adamannus scribit, comparari potuerunt: sed hac lege, vt si quid diuersum à recentioribus traditur; fides potius Adamanno, vtpote nucleo antiquiori habeatur. Nec mente excidat, tempus edax & longinquam vetustatem omnia vel absumere, vel saltem admodum immutare consueuisse. Bedæ Textum libenter cum manuscripto Exemplari contulissem, & inde menda sustulissem; sed nullum hisce in locis reperire potui. Quia verò variis temporibus varia de Sancta Cruce, deq; sacris peregrinationibus, præsertim de Hierosolymitana, scripsi; nihil à præteritis laboribus meis alienum me facturum arbitrabor, si & hunc sanctæ Crucis præconem, locorumq; Sanctorum descriptorem; in publicum darem, cum & ab antiquitate, & à Venerabili Beda, tanto viro, commendationem habeat. Vale.

ADMODVM REVERENDO ET AMPLISSIMO DOMINO STEPHANO ABBATI SCHIRENSI.

PHœnix, indocilis totâ animâ mori,
Ales iam toties, iam toties cinis,
Pennas vſq; nouas fingit in ignibus
Felix vſq; noui remigij Faber.
Sed (quod pace tuâ Priſca Fides loquar)
Phœnix in cineres non ſedet vnicus;
Non Natalitio pullulat è rogo.
Proles vna ſui poſthuma funeris:
Sunt plures, quibus eſt in noua Secula
Vel poſt mortẽ, animus viuere contumax.
En ANGLVS toties depoſitus redit,
Et vincit tenebras ſidere purior.
Hic Author locuples, hic ADAMANNVS eſt,
Qui multa in tenebris ſecula condidit,
Obſcuruſq; ſua cum Solyma ruit,
Fatum nempe Rei par fuit & Libri.
Verum quod potis eſt, Ipſe caput leuat,
Et noſtras lacrymas & tenebras ſuas.
Detergêre parat; Pro Solyma, breuis
Dum Pictor Solymæ reddit imaginem.

Vt

Vt certis tabulis ſcribitur; Vnicæ,
Ille ingens Clarij partus Apollinis
Vates Mæonius, pondus erat Nucis;
Doctus, Iupiter! & Nucleus inſolens.
Iſthîc Argòlicâ plenus Equus fide
Ibatq; Iliaco ſilua grauis malo;
Troiæq; & Paridis Flammam, & Achaicum
Clauſit parua nucis teſta Decennium.
Sed non iſta tamen propria Pergami;
Non vnis licitum eſt eſſe breuiſſimis:
Vix ANGLVS ſolido par digito, Bona
Inuoluit modicis maxima paginis.
Quæ reptata Deo terra puellulo
Prima olim rapuit Numinis oſcula,
Quæq; à ſidereis proxima ſedibus,
Viſa eſt digna Deo ferre Palatia.
Quæ cœlo genitis ebria lacrimis
Quæq; è Virgineo roſcida ſanguine
Et gemmas bibit, & paſta roſis fuit;
Illa eſt, quæ digitum non tenet integrum.
Rara hæc ergo Auis eſt, hic ADAMANNVS eſt
Qui miſcere tuis ſe cupiat libris,
Inſcriptuſq; tuis, Præſul, honoribus
Phœnix poſſe tuo viuere Nidulo.

FINIS.

dupla pena [illegible]
[illegible] iniquitatibus [illegible]
valet pena nisi sit integra
non erit [illegible]
[illegible] Et [illegible]
plura [illegible] Et [illegible]
[illegible] est p
gratia [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] gratiam
[illegible] gloriae sempi-
Et tu [illegible] tua
liber est [illegible] a qua
[illegible] principium mali
[illegible] leonem et
[illegible]
[illegible] filios [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Et tu [illegible]
[illegible]
[illegible] correctio [illegible]
[illegible] principes [illegible]
[illegible]
[illegible] facta est et
[illegible] David fuit [illegible]
[illegible] leones cubavit
[illegible]
[illegible]
[illegible]